A

HIPPOCRATIS COI, MEDICORVM LONGE PRINCIPIS,

B LIBER DE MORBIS VVLGARIBVS QVARTVS,

Nunc recens Latinate donatus, & Annotationibus illustratus,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico, autore.

IN LIBRVM QVARTVM DE MOR-

C BIS VVLGARIBVS HIPPOCRATIS,

PRÆFATA.

QVARTVS *iste morborum vulgarium liber, etsi communem cum cæteris omnibus per-*
scriptionis famam obtinet, eam tamen quam proprio quodam modo genuinis Hippocra-
tis fœtibus indicaturæ rationem assignauimus, valde parcam habet & sobriam. Nam
tam leuiter expressam morborum vulgationem continet, vt mihi videatur breues po-
D *tiùs & concisas in peregrinationis cursu obseruationes, veluti submonitiones quasdam,*
quàm liberam & solutam rerũ cognitionem intendere. Quo scriptionis genere cum Se-
cundo & Sexto conuenit quibus etiã (vt scribit† Galenus) orationis forma persimilis est, vtilitatis verò
comprehensione tam discrepat, vt nõ abs re Galeno lib. 3. περὶ δυσω. nõ solùm optimi parentis agnominatio-
ne, sed etiam Thessali adoptiuis & tutela excidat. Etsi namq; τῶν ὑπομνημάτων meritò iudicium subit,
quòd concisæ istæ sententiarũ comprehensiones quibus totus scatet, ex aduersariis & pugillaribus deprom-
ptæ, breuem & subobscuram artis collectionem in animi notione reponant: vsqueadeo tamen malè suba-
E *ctum solum, tam sterilem culturam, ac non nisi leuibus frugibus respersam fecit, vt parem ferè iudicij cala-*
mitatem & abdicationis causam cum Quinto & Septimo subeat. Neque ideo tamen quòd sinistram no-
minis famam habeat omninò ablegandus videtur. Neque si cum germanis Hippocratis fœtibus, dignatio-
nis authoritate & soli vbertate non contendit, non illi tamen proprium in hac scæna locum assignabimus.
Sed quòd tractationis ac styli genere, & comprehensionis modo cum Quinto ac Septimo facilè conueniat,
pares omninò subselliorum gradus dabimus, ac in agnatorum familiam vindicabimus, eumque liberali cau-
sa asseremus: ne si in hoc defecti videamur, parricidio causam nostram contaminemus, & sexagenarios de
F *ponte (quod dicunt) deiiciamus. Atque huius vt spinosior est tractatio, ita certè non tam crebra artis lu-*
mina prætenduntur, paucæ & subobscuræ præceptiones velut in lubrico, & tanquam rari nantes in gur-
gite vasto apparent, sed quæ Hippocratis tamen frugalitatem redoleant. Quibus veluti in turba oppressis,
quàm poterimus amplissimum ad lucem experiendam aditum faciemus, etsi non æquè celebrem ac primi
& germani horum Morborum vulgarium fœtus, certè quam merentur in scæna habebunt saltationem, ne
quis nos supinæ in hac tractatione indiligentiæ arguat: præsertim cùm inter Hippocratis agnatos nume-
rentur, ac à Thessalo manu missi, satis locupletem libertatis suæ nacti sint patronum, vt nec videantur no-
G *bis idonei in quibus sic illudamus vt eos silentio prætereamus. Nam & ex his confirmationes petuntur, &*
celeberrimæ arti plerunque facta est fides. Quam ad rem ne quis allegatum à nobis Galenum existimet, is
fidem suam interponet, cùm scribat lib. 2. de dieb. decr. Hippocratem rarò quidem hoc in libro vigesimum
diem excedere, semel autem ad quartum & vigesimum progredi. Quod ita accipi debet, vt in iudicationis
seriè numeranda, semel vigesimum diem excessisse Hippocratem intelligas, & ad quartum & vigesimum
progressum fecisse. Nam & interdum trigesimum, interdum quoque octogesimum attingit, sed citra iudi-
cationis seriem, vt in ipsa operis tractatione apparet. Alioqui sanè totus ferè in iudicationum subnotatio-
H *nibus consumitur, ac ferè imperfectas crises continet. Quo nomine plurimùm habet obscuritatis, crebráf-*

† *Proœmio lib. 6. epid.*

que anfractuum voragines, quibus veluti vadis insistens, medium cursum abrumpit, ac velut desultoriè per salebras excurrit. Morborum certè varias habet recensiones, ægrorum singularibus exemplis designatas, sed tam sobriè delibutas, vt in medio peregrinationis cursu, quam circum ciuitates obibat Hippocrates, leuiter exaratæ & ad memoriæ subsidium institutæ fuisse videantur. Nam & submotiones potiùs quasdam, ac tumultuariam rerum collectionem, quàm iustam morborum expressionem esse dixeris. Eoque nomine τῶν ἐπιδημιῶν indicaturam facilè continet. Cuius inscriptionis gloriam ei quoque non illibenter apponit [*] *Galenus, & nos etiam antea cum multis cæteris communem probauimus.* [**] *Atque eò sanè propiùs hac se fronte venditat, quòd & tractatione est densior, exemplis pressior, verbis etiam quibusdam spinosior, vt ea in peregrinationis procinctu leuiter fuisse adumbrata, non planè expressa videantur. Etsi raræ quædam insunt doctrinæ præceptiones, quibus interdum micat, & obscuritatis tædia exhilarat. Hæc ergo de huius libri titulis & tractatione dicta nobis sunto. De origine verò non est quòd hic nimis ambitiosè soliciti simus, cùm nobis in hanc communem causam ingressis, ex* [*] *Galeni monimentis, qua licuit fide, sit etiam quodammodo in Asclepiadarum familiam deducta. Scripserat autem in hunc quoq; librum commentarios Heraclides Tarentinus, quorum meminit Erotianus.*

[*] *Com. in lib. 6. epid.* [**] *Proœmio in lib. 1. epid.* [*] *Proœm. lib. 1. epid.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS LIBER QVARTVS.

POST Æquinoctium & Vergilias, velut exedentia & mucosa quædam, quæ caput perruperunt, supra aurem secesserunt, & ei qui apud Leocydem erat, in pedem decubuerunt, Phanodico in pedum digitos, ad imam pedis plantam, (quod Græcis πόδας dicitur.) Qua parte cuidam in tibia sectio fuit, ea quidem illi denigrata est. Vlcus erat magnum & externam tibię partem ac posteriorem perualebat, quod vbi perpurgabatur, pectoris & lateris sinistri è directo dolor & febres corripiebant, vnde interiit. Spartario exquisitè biliosum decubuit, eiq; caustica admouenti, circa æquinoctium sanguis deorsum affatim prodiit. Seni mirum in modum decessit, non vltra quatuordecim dies. Notis ab Antiphilo compuncto, inusto, die septimo iudicatio contigit, bilioso, muto. Tertio post iudicationem die aut non longè postea, sanguinem sputo reiecit, superstes extitit, tandemq; in morbum recidit. Ad Vergiliarum occasum primùm iudicatione (vt par erat) absolutus est. Ab occasu autem Vergiliarum biliosus & ad insaniam adactus, iudicatione circa nonum diem absque sudoribus facta, superstes euasit. [*] Sub æquinoctium Chalcidonius, qui à portis in forum delatus, ex ruptione ad mammam dextram dolebat, tubinde aliquantulum ex virore pallescens spuebat, aluus bene habuit. Sudor cùm septimo die cœpisset, ferè ad octauum vsque tenuit, decimoquarto iudicatione absolutus est. Sub quadragesimũ verò ei tubercula ad vtramque aurem sublata sunt. Non abs re credebatur purulentus fore, quod non extitit. Aristodemo vstio in pectore facta est. Philidis filio, cui quòd aliquid ex casu abscessit, etiam ei pectus inustum est, supra dolor aliquis priùs extiterat, post æquinoctiũ autumnale morbi reuersiones factæ sunt, & alias ad brumam vsque perseuerarunt. Post solsti-

ΜΕΤ' ἰσημερίην καὶ μετὰ πλειάδα, οἷα τὰ ἀνεθιόμενα καὶ βλεφαρώδεα, ἀπὸ τῶν κεφαλῶν ἔζε, ἀπέλθοντα κατὰ τὰ ὦτα. ὁ δὲ ἄνδρα Λεωκύδεος ἐς πόδας. Φανοδίκου οἱ δάκτυλοι οἱ ἐς τοὺς πόδας, ἐπὶ τὴν πτέρνην. ὁ τμηθεὶς τὴν κνήμην, ταύτῃ μὲν καὶ ἐμελανθη. ἡ δὲ μέγα ἕλκος, ἐς τοὺς ἔξω τῆς κνήμης, καὶ ἐκ τούτου ἔνειε. ἐπεὶ καθαρὸν ἐγένετο, πολὺ μὲν ὀδυνῶν καὶ πτέρνης κατ' ἔξιν ἀεὶ ἐστερῶ. καὶ πυρετοὶ ἀπέθανεν, ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ. ὁ γελωδὲς τοῦ ἀρριωπλόκου κελαινοτέρες. καὶ τὰ καυστικὰ κελαφερομένου ἀεὶ ἰσημερίου, κάτω αἷμα πολὺ ἐπλθε. Γέρων τὸν σφόδρα ἀπεθνήκετο, ἐν τρόσω τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων. Τῷ δὲ σημαίνοντι παρ' ἀντιφίλου καυστικῶν κειμένων ἑβδόμην χολώδεα, ἰνφώδεα. ἔπτυε μὲν κείσιν, ἢ ὅτως αἷμα ἔπτυε. ἀεὶ ἐνθνήκετο. καὶ ὑστεροφὴ ὕστερον ἐνθνήκετο. ἐκείθη, ὡς εἰκὸς, ἀεὶ πλειάδων δύσιν ὁ τρόπον. μετὰ δὲ πλειάδων δύσιν, γελώδης εἰς μανίαν. κείσις ἀεὶ ἐνθνήκετο ἀεὶ ἑκάτερα αἰδοιδρῶτος. Περὶ ἰσημερίαν ὁ Χαλκιδόνιος, ἀπὸ πυλέων μιαχομιαθεὶς παρ' ἀγορὰν. ῥήγμαλος ἀεὶ μᾶλλον δεξιὸν ὀδυνώμενος, ἔπτυεν ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὑποχλωρὸν. γαστὴρ. ἰδρῶς ἀρξάμενος ἑβδόμῃ, εἶχε τὰ πολλὰ, ἄχρις ὀγδόης, ἐκείθη τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. ἀεὶ δὲ τεσσαρακοστοῦ ἤρθη ἀεὶ τὰ ὦτα οἱ ἀμφότερα. οὐκ ἀπεικὸς ἐδόκει ἔμπυος ἔσεσθαι, οὐκ ἐγένετο. Στίγμος Αριστοδήμῳ ἐκαύθη. Τῷ Φιλίδος οἱ ὡς ἀπέβη οὐκ πτώματος καὶ τούτῳ. προὔπῆρχε δὲ ὀδυνή τις πρώτερον. μετ' ἰσημερίας φθινοπωρινὰς, ὑποστρεφαί. καὶ ἄλλως μέχρι βρυμάλιας χειμερινῶν. μετ' ἡλίου τροπῶν ἡ θερινοῦ ἡ

A νοῦ ἡ Ἀχελώου ἐκτάμη ἀπέφθειρεν αἱμαπόδης ἐοῦσα καὶ φεικώδης. καὶ ἱδρῶτες. κρίσις παραρεσκαιδεκάτη. ὁποσάμηνον οὐκ οἶδα. θῆσεν δ' καὶ δύο τοιοῦς τοὺς εἴκοσιν ἔφη, εἰ ἀληθέα οὐκ οἶδα.

tium Acheloi vxor abortionem fecit, cùm sanguine abundaret, horrores sentiret, ac sudores tenerent. Decimo quarto die iudicatio contigit. Quot mensium fœtus fuerit nescio. Ea alium masculum fœtum vigesimo post die abortu reddidisse dixit. Atq; haud scio an vera dixerit.

[1] μετ' ἰσημερίαν] Veris statum videtur describere Hippoc. qui ab æquinoctio ad Vergiliarum exortũ circunscriptionem accipit, vt scribit lib. 3. περὶ διαίτης & Galenus com. 1. in lib. 1. Epid. Temporis autem statum eum fuisse apparet, in quo magna humorum
B redundantia, crudis, acribus & biliosis succis cerebrum grauabat, quæ putrilagine concepta & copia depressa, partes in quas defluxerat exedebat, corrumpebat, ac veluti deformabat. Sunt autem βλεννώδεα, μυξώδεα, mucosa excrementa, quæ in fluxionibus è cerebro ex naribus fluunt, velut βλέννα Hippocr. quæ cæteris μύξα dicitur, aliis κόρυζα, crassior pituita quæ per palatum & nares effluit, vt scripsimus nostris in Prorrh. 2. annotat. Hæc eadem πλέννα vocatur, & πλεννοραὶ μυξώδεις vt scribit Galen. in Exeg. vocum Hippocr. Exemplaria quædam manu scripta βλεννώδεα legunt, quæ & hic quoque scriptione variant. Nam quædam ὠξεα, alia ὦξα & ὤξεα habent, alia etiam ὤιξα. ὤξις autem quæ integrior est lectio pro ὤιξις ponitur, ab ἄγω poëtico pro αἴγνυμι aut ἀνοίγω, & ὤξις pro ἀνοιξις sumitur. Significat autem ea excrementa sua acrimonia & putredine cranium corrupisse, aperuisse, & morsu viam fecisse.

ἐν πδὶ φαυλίκου] Hic variant exemplaria. Illud ἐν πδὶ ad superius exemplum referunt plæraque manu scripta, quæ secuti sumus, & φαυλίκω legunt, quod etiam fecisse videtur Caluus. Sunt autem humorum in partem aliquam decumbentium exempla,
C quam tandem malignitate & virulentia corrumpunt & exedunt, qualis ferè aëris status describitur lib. 3. Epid. πὼς autem ποῦς Hippocrati sæpè dicitur, quod alij πέδιον, solum & plantam vocant, quæ est ad digitorum radices, cui pes innititur, alij pectus. Imam pedis plantam dicit Celsus. Innuit ergo pedum digitos ad radices vsque & imam pedis plantam corrupros decidisse.

ἢ τὸ μέγα ἕλκος] Codices quoque manu scripti hic vitium habent cum publicatis, & ἢ legendum censeo. Credibile autem est procumbente in partem sinistræ tibiæ posteriorem humorum corruptela, vlcus excitatum, quod vbi perpurgatum fuit & resiccatum, exitium attulit, redundante in lienem vitio, ex cuius tandem inflammatione periit.

τὸ χολῶδες κατακορές] Exactè & abundè biliosum significat, & Galenus ἱκανῶς καὶ ἀκριβῶς χολῶδες explicat Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Vero est autem simile huic restiario syncerè biliosum humorem in aliquam partem decubuisse, eamque iam corruptela & gangræna periclitantem, admotis causticis remediis sanguinem copiosum demisisse.

ἀπηλλάγη] Hic ἀπηλλάχθαι de humorum decubitu dici videtur, qui miro quodam modo iudicatorìè dissipatus fuit aut decreuit,
D quasi decesserit, & παύεσθαι aut διαφορεῖσθαι denotare videtur, cui opponitur ἐπηλλάχθαι καὶ παρηλλάχθαι. Significat igitur in febre quod decubuerat mirum in modum decessisse ac discussum fuisse, id tamen iudicationis ordine intra quatuordecim dies. Interpretes ἀπηλλάγη pro ἀπέστη sumpserunt.

τὸ δὲ σημεῖον] Ratum est infidæ iudicationis exemplum. Contentas enim admodum vires fuisse oportet, quæ post vstionem tam graues casus etiam sine vlla signorum alleuatione euuceruunt. Vitiosa autem sunt exemplaria quæ τὸ δὲ σῆμα ἢ παρ' ἀνωφίλοις legunt. σημεῖον verò seruum notis compunctum significat, quem etiam stigmatiam vocat M. Tullius lib. 1. de offic. Sic enim in antiquis membranis legitur, pro quo stigmaticum legunt omnia exemplaria publicata. νωθὴς autem dicitur Galeno in Exeg. ὀνὸς καλούμενος, qui stupidus ac mutus confidet, νωθρὸν, βαρὺ καὶ δυσκίνητον, lentum ac torpidum ex Galeno diximus nostris in lib. 2. Epid. Commentariis.

τρίτῃ κρίσις] ἡ τρίτη legit codex vnus Regius. Quæ lectio ad exemplaria Italica redundauit vt ex Caluo apparet.

τὸ πρῶτον] πρῶτον legit codex vnus Regius manu scriptus. Idemque αὖθις ἰσχύον habet.

[2] τὸ φιλίδος] Istud exemplaria quædam superiori iungunt, quod etiam fecit Caluus, & οἷος legit aliamque lectionem affinxit. Nos plurium exemplarium consensum secuti sumus.

μετ' ἡλίου θέρος] Ista sequentibus iunximus magno exemplariorum manu scriptorum consensu. Quod etiam fecit Caluus, qui etiam ἐμπαίδης legit. Insigne est autem rari euentus exemplum, ideoque non temerariam leuitatis habet assensionem.

[1] Περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς, βόρεια ἦν. ἐκτεινώδεες ἐγίνοντο καὶ ἀκαχρέως, καὶ οἱ μὲν φεικώδεες, οἱ δὲ, οὔ. γλῶσσαι ξυγκεκαυμέναι τέτρη. καὶ ὄχλοι περὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην. καὶ οὗτοι μαχόμενοι ἀποτείνοντες. ἰδ', γαστέρες ἀντιχρόμεναι. καὶ οὐ τῆσι φαρμακείησιν οὐχ ὑπακούουσαι. κατὰ λόγον τῶν πυρετῶν καὶ ἀνιδρῶτες. ἀπλοῦς ἔστιν οἷσι σμικροὶ, πρὸς ὑποχόνδρια δόξιὰ ἐκλεπαμένοι. καὶ πρὸς χεῖρα ὑποδορβορύζοντες. αἱμόῤῥοοι. καὶ οὐρέσιν ἡ κάθαρσις καὶ ἡ κρίσις. πολλῷ δὲ μᾶλλον, εἴχοντο κάτω. καὶ γὰρ τοῦτο ἐπε-
G λαμβάνετο ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον. οἷσι μὴ οὕτως ἦν, πολλοὺς δὲ ἐπηρμένοι. αἱμορραγὴν δὲ ἀειρεσῦ. ἥλιος ἐβάπτετο. τὰ χειμερινὰ χειμερίως ἐν βορείοισι. μετὰ δὲ ὀλίγον, νότια ἦν. ἐφ' ἡμέρας πεντεκαίδεκα. μετὰ δὲ ταῦτα, νιφετὸς ἐν ἡμέρῃσιν. ἀμφὶ ταῦτα τῷ ἔτεος ἐκτεινώδεες καταχρέες. οὐ κενόμενοι εἰλικρινέως, φιλυποφροφώδεα. μὴ ὀχλώδεα, νότια ὑπεγένετο. καὶ ὕστερα. κόρυζαι καὶ ἐρρέγματα, καὶ ἐξω πυρετῶν, καὶ ἄνευ πυρετῶν. εἰ δ' τι καὶ ἐς ὀδόντας, οὐκ ἀπὸ μέσου πρηλ-

[1] Sub brumam aquilonij flatus erant, aurigine abundè fœdati quidam, atque hi quidem cum horroris sensu, alij verò minimè. Tertio die linguæ adustæ. Circa sextum & septimum perturbationes, quæ etiam diu perseuerarunt. Decimoquarto alui renitentes nec medicamentis cedentes, nec pro ratione febrium vlli sudores. Quibusdam lienes parui, ad præcordia extensi, & ad manus tactum murmur aliquod edentes. Sanguinis profluuia, ac per vrinas purgatio & iudicatio. Multò verò magis deorsum tendebant. Nam & hoc tunc contigit. At qui non isto modo se haberent, lienes verò etiam intumescebant, ij sanguinem ex nare sinistra profundebant. Exacto solstitio bruma cum hybernis algoribus & flatibus aquiloniis, paulò verò postea australis tempestas ad quindecim dies erat. Post hæc verò niues confertæ diebus quatuordecim. Sub hoc anni tempus aurigine abundè colorati quidam, neque syncerè iudicati, in morbum reciderunt. Post niues austrini imbres successerunt, grauedines cum febribus & sine his eruperunt. Cuidam verò in dentes decubuit, cùm antea media corporis parte dolor

esset, in dextra, superciliumque & oculum occupauit. Erant autem raucedines & faucium inflammationes, earumque adenes, spongiæ dictæ, sustollebantur, & ad aures ac malas tumores molles, qui etiam cum febre sedabantur. Febricitare incipientibus horum plæraque supernè & ad vtranque partem enascebantur, & quibusdam tonsillarum tumores sub autumnum & hyemem, quinetiam & porrigines aderant. Multæque cuiusque modi abortu & partus difficultate periclitabantur. Virgini sexto die cùm iudicatio obuenisset, sexto in morbum recidit. Iudicata verò est per sextum diem. Hisce temporibus omnia sexto & octauo die iudicabantur. [4] Sub Vergiliarum occasum Meandrij cæci vxor, statim ex virore pallescens, statimque purulentum circa sextum diem expuit, iecur in tumorem sublatum est, deorsum pauca demisit, carnium purulentarum instar sputa pauca, alba, lata ore reiecit, cibos auersata est, mortem obiit circa vigesimum. [5] Ex vicinia Thestoris famulæ ex vstione alui deiectio biliosa, copiosa, & præcordiorum distensio adfuit. Ipsi sexto die post suppressionem ex aluo tenuia, copiosa semel prodiere, statimque sudoribus iudicata est, aluus restitit. Sub eandem autem horam rigore correpta febricitauit, & rursus sub idem tempus sudoribus iudicata. [6] Thersandri vxor aquæ intercutis specie quæ pituita alba dicitur, non admodum laborans, cùm lactaret grauiter febricitauit. Huic ex reliquorum incendio lingua succensa est. Sub hoc tempus lingua etiam velut densa grandine exasperabatur, & lumbrici ore reiecti. Ad vigesimum verò diem non est absolutè iudicata.

γηκόπι ὀπὶ δδξιά. καὶ ὀφριῶ. καὶ ὄμμα. ἤϑεν δὲ καὶ βεϑιγώδεες. καὶ φάρυγες φλεγμαίνουσαι. καὶ οἱ αὐτόγλοι καλεόμϑοι αὐξῆχον. καὶ τὰ τοῖδε τὰ ὦτα καὶ γνάθον ἐπάρμαῖα μαλϑακὰ, καὶ ξυὼ πυρετῷ καϑίζατο. ἀρχομϑοισι πυρεταίνειν, ἐγίνετο ἐπϑμὸν καὶ ὀπὶ ϑάτερα, τὰ πολλὰ τουτέων. καὶ οἱ αὐτόγλοι εἰσὶν οἷσιν ὑπὸ ὃ μετόπωρον καὶ χειμῶνα, ἀπὰρ καὶ τὰ πιτυρώδεα. καὶ ἀπέφϑιρεν πολλαὶ πϑμπείως, καὶ ἐδυσόχεον, ἔκτη τῇ παρϑένῳ κειϑέῃα. ἔκλη ὑποξυπίασεν. ἐκείϑη δὲ δι' ἕκτης. πϑμπα ὦν τούτοισι τοῖσι χρόνοισιν, ἐκπαῖα. ὀγδοαῖα ἐκείνεῖο. [4] Περὶ πλειάδων δύσιας ἡ Μεαιδρίου τοῦ τυφλοῦ, αὐτίκα χλωρὴν καὶ αὐτίκα πυωδδὲς ἔπϊυσε τοῦ ἕκτου. καὶ ἥπατος ζύμωσις. καὶ κάτω ὑποχώρησις ὀλίγη. Φρενοπυώδεα αἴω. ὀλίγα. λευκά. πλατία ἀπέπϊυσεν. ἀπόσιτος. ἀπέϑανεν ἐγγὺς εἴκοσαῆ. [5] Ἐκ τῶν γειτόνων Θέστορος οἰκέτης, ἐκ καυστικῶν, ὑποχωρήσιος χολώδεος, συχνῆς, ὑποχονδρίου ἐντεταμϑμένου. τῇ ἕκτῃ ὀξ ὀπισϑέσιος οἱ χειλίη λεπτὰ συχνὰ ἐς ἅπαξ διῆλϑε. καὶ ὑδρώσι ἵδρωσε. καὶ ἐκείϑη. καὶ ἡ χειλίη ἔξη. ἐς δὲ τὸν αὐτὸν ὥρην, ῥιγώσα ἐπυρέταινε. καὶ ἐς τὸν αὐτὸν πάλιν ὥρην. [6] Ἡ Θερσάνδρου, λευκοφλεγματώδης ὑ πϑμὸν ἐοῦσα φλεγμαίνουσα, ἐπυρέταινεν ὀξύ. Τούτῃ ἡ γλῶσσα ξυνεκαύϑη τῶν ἀνῶν ξυγκαομϑμέων. ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον, γλῶσσα τὲ ἐξηκμάζετο, ὡς ϑῆρ χαλαζώδη πυκνοῦ, ἐ ἑλμίνϑια ἐξ' στόμα. τοῦδε ὑ τὸν κ, ὑ τελέως ἐκείϑη.

[1] καὶ ὄχλοι] Sic leg. omnia quotquot videre licuit exemplaria, quæ indicant strepitus, turbationes ac molestias diu tenuisse, ortis ex obstructione flatibus plurimis, qui sursum restitante aluo correperent ac perturbationem adferrent. Caluus autem τείνει καὶ ὀχεῖ legisse videtur ad morbum regium attendens.

χαστόρες αἰπηρόμενοι] Sunt alui reluctantes ac renitentes, quæque medicamentis non cedunt, quales in ictero ferè semper sunt remoratæ & subsistentes. Quod sequitur κατὰ λόγον τῶν πυρετῶν, sequentibus iunximus, codicibus adiuti. Caluus antecedentibus connectit, & αἰδρῶνς reticuit. Subindicare autem videtur, pro febrium magnitudine nullos adfuisse sudores, ex quibus solutio speranda foret, quòd status esset aquilonius, à quibus tamen febres liberari solent.

σκληροὶ ἔσν οἷσι σμικροὶ] σκληροὶ pro σμικροὶ legit Caluus, reluctantibus omnibus exemplaribus quæ adhuc videre licuit. Verùm huic lectioni suffragatur quòd postea σκληρὰς ἐπϑμίνϑς ponit.

ἴχοντα κάτω] Videtur indicare à natura tentatam per inferna iudicationem, quòd nulla per sudores alleuatio speraretur. Ideoque per vrinas, excretiones & sanguinis per ora venarum profluuium absolutos fuisse. Hic enim mihi horum verborum sensus esse videtur, vt ἴχοντα κάτω, infra tenderent ac niterentur, hoc est, ad inferiora adhærescerent & ea amplecterentur, significet. Caluus de subsistente & remorata aluo intellexit.

τὰ χειμερινὰ χειμερίως] Hæc phrasis intensum brumæ statum cum hybernis frigoribus, & tempestatem aquiloniam denotat.

νοφερὸς] σοφρὰ ἡ χιὼν καὶ ἀϑρόως καταφερομένη νοφερὸς ὀνόμασαι, libello de mundo.

ἡ κρυόμενοι ἀλικρινέως] ἀλικρινέως, quod ἀρρώς in Aph. dixit, & Gal. ἀπηρτισμένως ὁλοκλήρως καὶ ἀσυλλήπτως explicat.

καὶ οἱ αὐτόγλοι] Hunc locum indicat Galenus in Exegesi cùm scribit, αὐτόγλοι οἱ κατὰ τὴν φάρυγγα ἀδένες, οἷς ὑ τοῦ πάϑους τῶν ὑπεδέχοντο. Sic autem dicuntur faucium glandulæ, tonsillæ dictæ, quòd spongiarum more humorem combibant. Significat autem eas sublatas fuisse, & humorum affluxu intumuisse. Qui verò hic αὐτόγλοι dicuntur, Erotiano αὐτογλωσσεῖς (si modò vera est lectio) nuncupantur, sicque ab Hippocr. vocari scribit τοὺς κατὰ τὰ παρόϑμια γιγνομένους φλεγμονὰς μετὰ τινος χαυνοτάτου πυρετοῦ tonsillarum inflammationes cum lenta quadam febre. Idem quoque addit quibusdam sic dici τὰ ὑ τῇ κεφαλῇ πυρώδη ἕλκη. Nonnullis etiam τὰ ὑ αὐτῇ γενόμενα ὑπόστεμφα οἰδήματα, καὶ τινας ἔχοντα καταρρήσις, capitis fungosos tumores & foraminulentos. Ex quibus satis apparet hunc locum ab Erotiano subindicari, ex eoque loco vitiatum esse Erotiani codicem, & pro αὐτόγλοι οἷον αὐτογλωσσεῖς esse detortum. Cuius loco mihi αὐτόγλοι legendum videtur. Nam quæ huic dictioni adscribuntur ab Erotiano significata, huc aptissimè quadrant. Videndum autem est primo loco αὐτόγλοις faucium glandulas, quæ tonsillæ dicuntur, significare, eumque locum à Galen. in Exeg. subindicari. At secundo loco tonsillarum tumores indicantur & ab Erotiano subnotantur. Sunt verò ista omnia quæ hic describuntur, magnæ humorum in cerebro redundantiæ, ac austrinæ tempestatis indicia, qualia ferè describuntur initio libro 1. Epid.

μαλϑακὰ] χαῦνα vocat initio lib. 1. Epid. καὶ κεχυμένα, tumores molles, laxos & diffusos.

ἐκείϑη δὲ δι' ἕκτης πάντα] Sic legunt publicata omnia exemplaria & quædam scripta. Quædam etiam πάντα ad sequentia referunt, quæ plus apud nos habent & vetustatis & authoritatis, ideoque cum Cornario sequutus sum. Quàm verò sit incerta & malè tuta iudicatio quæ per sextum & octauum obitur, satis indicat Gal. lib. 1. de dieb. decret.

A [4] ὕπαιθρος ζύμωσις] Insolens admodum phrasis qua hepatis tumorem œdematosum & à flatibus distentum significat. Quod ex Hippocr. annotat Erotianus cùm ὕπαιθρος ζύμωσις οἰδηματώδει ἴγκῳ exponit, hunc locum subindicans. Credibile nanque est exhaustis penè facultatibus & extincto prope calore natiuo, magnam iecoris contractam fuisse intemperiem, vnde cessantibus facultatis naturalis officiis, crudi humoris & flatuum collecta abundantia hepar tumefecit. Quod in dies videre est in his qui tabe & pure in thoracem collecto consumuntur. Qualem extitisse hanc mulierem iudicare est facile. Sunt qui hepatis feruorem & ebullitionem intelligunt, quòd ζύμωσις (quæ & ζέσις Platoni dicitur) sit crassi cuiusdam & solidi ab aëre intro concepto agitatio, distensio & quædam velut ebullitio. Qua ferè notione ἐζυμωμένα οὖρα in Protrh. & ἐζυμωμένα διαχωρήματα in Cois prænotis dicuntur, vt illic scribimus. Quòd ad scriptionem attinet exemplaria manu scripta reconditiora, περὶ πληϊάδων δύσιας sequentibus iungunt, quæ secuti sumus cum Caluo.

B [5] καὶ ἐς τὸν αὐτὸν πόνον ὥρμω] Hæc locutio indicare videtur iterum per sudores iudicatione liberatam fuisse ægram, cùm constans sit hæc distinctio in exemplaribus manu scriptis. Caluus velut id semel tantùm positum interpretatur. Posset & febris repetitioni adscribi. Sed hæc distinctio obtinuit in omnibus exemplaribus manu scriptis, quam immutare mihi religio est.

[6] ὡς ἐν καταζόδει πυοῦ] Id significat linguam crebris & densis tuberculis grandinis similibus exasperatam fuisse, quæ fuit pituitosæ materiæ admodum succensæ apertissima nota, vnde & vehemens istud incendium & lumbrici ortum duxerunt.

[7] Περὶ δὲ πληϊάδων δύσιας, ὁ Μητροφάνου τὸν κεφαλὴν πληγεὶς ὑπὸ ἑτέρου παιδὸς, ὀστράκῳ, καὶ
C ἀποβιόμενος δωδεκαταῖος, ἐπύρετε. παρεφάσιος δὲ, ὅτι σμηχων ἔτερον τὰ τοῦ ἕλκεος, καὶ μετεψύχθη. καὶ ἐξηράνθη τὰ χείλεα αὐτίκα. διελεπτύνθη δὲ δέρμα πολλαχῇ ἀπὸ τοῦ ἕλκεος περίσω. περιοιδέειν δὲ οὐ βεβαίως, οὔτε πῦον ἔρρυη, οὔτε ἐκνυφίσθη. πεφὶ δὲ τὸ οὖς ἐδόκει παραπυίσκειν, ὅτι τῇ ἡμέρῃ ὅτι τὰ δεξιά. ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ ἕλκος. ἔπειτα τοῦτο τὸ σὺκ
D ἀπεπύει. καὶ ὁ ὦμος ὁ δεξιὸς ἐκέπυσε, ταχέως. ἀπέθανε περὶ κδ'. [8] Μετὰ πληϊάδων δύσιας, ὁ τοῦ οὖς ἀλγήσας, περὶ εἴκοσιν, ὕστερον ἄφωνος, τὰ ὅτι δεξιά τε ἀκρατής. ἀπύρετος ἵδρωσε. δεξιὸν οὖς, δεξιὸς ὀφθαλμὸς, ἐσήκει οὐ κάρτα. καὶ ἐφείλκετό τι σὺκ πολὺ κάτω μέρεος. ἀριστερὰ δὲ ἴλλαινεν αἰνῶς ὁ ὀφθαλμὸς ὀδυνώμενος. βάχηλος σκληρὸς ἀπεῆμετο. τέτιν
E ὥρην ἴσως ὠδυνήθη ὕστερον. [9] Μετὰ πληϊάδων δύσιν ὁ θεράπων ὁ τοῦ ἀττικοῦ, ὑπὸ τεταρταίου ἀλισκόμενος, τυφώδης ἱδρύθη. ἕτερος τὸν αὐτὸν ὥρην ἀληθεῖ τυφομανίν. ἐς ἰγνία καὶ σκέλεα ἦλθεν ὀδυνὴ ἐπαύετο, ποσταῖος οὐ γινώσκω. ταύτην τὴν ὥρην φεικώδεες. ἐμετώδεες. καὶ μετὰ κρίσιν ἀπόσιτοι. καὶ χολώδεες. καὶ σπληνῶες μεγάλοι. σκληροί. ὀδυνώδεες. καὶ αἱ-
F μορραγικοί. τοῖσι δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην μετὰ πληϊάδων δύσιας, σὺκ ῥινῶν αἷμα χλοῶδες ὅτι σπληνοῦσιν. [10] Ἐν Κρανῶνι τῇ Νικοστράτου ληφθείσῃ, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἔφασιν αὐτίκα ἀκράτεια βαχήλου καὶ τῶν ἄλλων, καὶ σῖτος ἐγκατεκλείσθη μέχρι δεκάτης. πνεῦμα πυκνόν. σμικρόν. ἀκρασίη. ψηλαφῶσα δακτύλοις. παραλέγουσα. ἱδρῶτες. εἰλκύσθη ὅτι τὰ
G δεξιὰ, βάχηλος, στόμα, ὄμμα, ῥὶς. οὖρον ὑπόστασις λευκή. ὀρθοῦ ἑτέρη λευκή. ξυσματώδης δυνή. ὑπόχλωρος. λεκιθώδης. ταύτη ἔστιν ὅτε, ὡς πιμελῶδες ἐφίστατο τοῦτο ἀθρόον, σὺκ ὅτι πολὺ διεσκεδασμένον, οἷον τὸ σκαιώρημα διεστηκός. οἷον ἔξω ἐξ οἴος, καὶ τὸ ὑφιστάμενον ἔπεστα κόρσται. καὶ τὸ μὴ τι πιοῦτον. τὸ δὲ ἱδρυμένον,
H

[7] Sub Vergiliarum occasum Metrophanti puer ab altero testa in caput ictus, cùm ad duodecimum diem deuenisset, febricitauit. In causa autem fuit quòd cùm vlcus abstergeret, partes ambientes perfricuit, & perfrigeratus est, statimque vlceris labra intumuerunt, vltra vlcus vndique cutis est extenuata. Cùm verò non cunctanter sectus fuisset, neque pus effluxit, neque leuamentum adfuit: sed secundum aurem ad maxillam sinistram videbatur pus colligi (hac enim parte vlcus extitit.) Tandem neque hoc etiam suppurauit, & in humerum dextrum pus subito collectum est. Extinctus est circiter vigesimum quartum. [8] Post Vergiliarum occasum cui auris dolebat, is circiter vigesimum ac postea voce destitutus est, & dextra corporis parte ad motionem impotens, absque febre sudoribus correptus est. Auris dextra dexterque oculus non valdè constiterunt, & quiddam ex inferiore parte attrahere videbatur. Ex sinistra autem parte oculus cum graui dolore distortus est. Ceruix ad duritiem deuenit, & tertia postea hora æqualiter doluit. [9] Post Vergiliarum occasum Attici famulus quartana correptus stupidus permansit. Sub idem tempus alter vera Typhomania (qui affectus ex phrenitide & lethargo mixtus est) correptus, vbi ad coxendicem & crura dolor venit, quieuit. Quo verò id die factum sit nescio. Eodem tempore horrore tentati quidam & vomitionibus, post iudicationem cibos auersabantur, bile, lienis tumore, duritie, dolore, & sanguinis fluore vexabantur. Quibusdam etiam sub idem tempus post Vergiliarum occasum, ob lienem affectum sanguis ex virore pallidus è naribus profluxit. [10] Cranone Nicostrati vxorem accessione correptam, ad decimum quartum diem mox colli reliquarumque partium imbecillitas occupauit, & cibus intro conclusus fuit ad decimum vsque diem. Spiratio crebra, parua, & incontinentia, digitis palpabat, delirabat, sudores aderant. In dextram partem ceruix, os, oculus, naris, contracta sunt. In vrinis quod subsidebat album erat, erui simile, aliud album, aliud ramenta referens, aliquantulum ex virore pallescens, lentium farinæ simile. Huic interdum velut adipale quiddam in summo extabat, idque confertum neque admodum dispersum, velut quod in medio vrinæ suspensum innatat disparatum, ouillo velleri non dissimile. Postea autem vrina in qua nihil subsidebat reddebatur, & interdum quidem talis erat, interdum verò in ea aliquid subsistebat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171244-p1289-1
DFG

Quædam etiam in qua paucum huiusmodi in latitudinem dispersum, quædam returbata. Alia eiusmodi erat, vt quod in medio suspensum innatat, nubeculæ aliquantulum nigræ simile, & crassitudinem quandam habere videretur. Quædam verò mollis & tenuis, quædam tale sublimamentum tenue habens, quædam qualis veterini generis, quædam velut tenebricosa continens. " Qui primus mente captus est adolescens, vrinam reddidit puram, tenuem, omnium deiectio tenuis, multa, sine bile fuit, lingua admodum aspera, febris perurens, peruigil, aluus intumescebat. Hic desipuit octauo (ni fallor) die lasciuè admodum, exurgebat, pugnabat, valdè obscœna loquebatur, cùm ab iis natura abhorreret. Hunc post redditas offusas ac multas tenues vrinas ex suppressione, somnus continuus cepit & sudor (iccirco quòd talis esset iudicatorius existimatur) ferè circa decimum diem. Postea & rursus vehementer insanit, & celeriter mortuus est vndecimo die, ea de causa (vt arbitror) quòd merum multum antequàm vehementer desiperet potasset. Ei pauci erant anni prope viginti.

ἄλλο τοιοῦτον ὀλίγον, ὅτι πλατὺ διεσκεδασμένον. ἄλλο τεταραγμένον. ἕτερον τοιοῦτον. σκαιώρημα, νεφελίου ὑπομέλανος, δοκέοντος πάχος ἔχειν. χαιῶον δὲ ἄλλο λεπτόν. δηὸ σκαιώρημα λεπτὸν τοιοῦτον. δηὸ οἷον ἵππου. δηὸ οἷον τὰ ζοφώδεα. " Ο πρῶτος παρενεχθεὶς, μειράκιον. τούτῳ οὖρον καθαρὸν λεπτόν. πθμῶν ἀφαιρήσις λεπτὴ, πολλή. ἄχολος. γλῶσσα βηχεῖν πθμῦ. πυρετὸς πρεικαής. ἄγρυπνος. κοιλίη κυρτή. οὗτος παρέκρουσεν οἶμαι ὀγδόῃ, βέβηκεν τὸν ἀκόλαστον. αἰσχρὰ μαίνεσθαι. αἰσχρομυθέειν ἰσχυρῶς, ἐόντος τοιοῦτος. τούτῳ ἀφεθέων οὔρων πολλῶν ἐλθόντων λεπτῶν ἐξ ὑπερέσιος, ὕπνος ἐγένετο ξυνεχὴς καὶ ἱδρώς, κρίσιμος δοκέων ἐξ ὧν τοιοῦτος. ἴσως πρὸς δεκάτῃ. ἔπειτα ἐξεμαίνετο αὖθις, καὶ ἀπέθανε ταχέως, ἑνδεκαταῖος. πρόφασις οἶμαι τὸ πιεῖν ἄκρητον συχνὸν, πρὶν ἐκμανῆναι. ὀλίγα ἔτεα αὐτῷ, εἴκοσι ἐγγύς.

A B C

[7] καὶ ἐξόρθη τὰ χείλεα] Sic leguntomnia exemplaria. Caluus ἐξηρέανθη legisse videtur. Significat autem ex hoc capitis vulnere ægri incuria & libidine contractam mortem, cùm alias vlceris conditiones non explicet. Non leue autem erratum fuisse oportet, ex quo febris enata ægrum vigesimo quarto præcipitarit. Atque hoc exemplo indicatur quàm lubrica sit & præceps vlcerum capitis curatio.

ὅτι τὰ δεξιτερά] Sic habent omnia exemplaria. Mirorque vnde venerit in mentem interpretibus vt dextra pro sinistris posuerint, nisi si ex Caluo & codicibus Italicis δεξιὰ legunt, aut quòd in humerum dextrum pus illapsum sit, dextras partes accipiendas existimant. Ego codicibus fretus nihil muto, & hunc præposterum naturæ motum ægro indubitatum attulisse exitum existimo, quòd qua parte pus erupturum videbatur, virium imbecillitate substiterit, & in humerum dextrum peruerso ordine effusum sit. Cæterùm hunc locum subindicare videtur Galenus lib. 2. de diebus decret. cùm scribit hoc in libro Hippocratem rarò diem vigesimum attigisse, semelque vigesimum diem excessisse & ad vigesimum quartum progressum. Sic enim locus ille mihi intelligendus videtur, malè ab interprete versus. D

[8] δεξιτερὰ δὲ ἴκαινεν ὁ ὀφθαλμός] Magna pars meliorum codicum manu scriptorum ἴλαινον legunt, quæ est phrasis Hippocrati tritissima. Quidam etiam cum Asulano ἴλαιον ab ἰλάω pro εἰλαί, vt & ἰλαίων & εἰλαίων pro εἰλῶν quod est στρεβλοῦν, contorquere, depravare, peruertere, aut constringere & arctè vincire. Aut ab ἴλω quod est contineo & vincio, ἴλαιον legendum est, vnde ἰλώμενος βεβιασμένος. Qua notione intelligendum erit sinistra vincta fuisse & constricta, hoc est, præpedita ac velut resoluta. Quam lectionem secutus est Caluus. Vero est autem simile magnam humoris cerebro collecti redundantiam nervorum principium appetiuisse, indeque in dexteram illapsum, mouendi impotentiam cum conuulsione quadam attulisse. Tam autem vehemens casuum vis fuit, vt nec tuta sinistra fuerint, sed vel fuerint resoluta & motu capta, aut etiam oculus peruersionem senserit. Potest etiam intelligi ἴλαινεν αἰνῶς ὁ ὀφθαλμός admodum distortus est oculus, aut αἰνῶς ἐδυνώμενος cum graui dolore. Vtrunque enim αἰνῶς significat. E

ἴσως ἐδυνώθη ὕστερον] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, ideoque hanc lectionem pro viribus retinuimus. Significatur autem ceruix rigida fuisse & quædam tetani indicatura denunciatur. Interpretes οὐκ ἐδυνώθη legisse videntur. Et Caluus etiam mortem addidit. Quod etsi non temerè fit in tanta sæuissimorum casuum acerbitate, suo tamen iure aut exemplarium priuilegio quodam fecisse videtur.

[9] πυρώδης ἱδρώθη] πυρκώδης legunt vulgata exemplaria. Sed manu scripta reconditiora πυρώδης legunt, quæ secuti sumus cum Cornario. Quædam etiam πυρκώδης habent, vt & Italica. ἱδρώθη autem affectus stabilitatem & firmitatem velut iudicatione fixam & depositam indicare videtur. Aut πυρώδης ἱδρώθη qui mutus aut stupidus consedit intelligendus. Hunc namque locum mihi subindicare videtur Galenus in Exegesi, cùm scribit, πυρκώδης ἀνὴρ καθεζόμενος. Potest & ἱδρώθη mentis constantiam & tranquillitatem denotare velut iudicatione restitutam. F

ἀληθῆ τυφωμανίν] τυφεμανίν legunt omnia publicata exemplaria cum quibusdam manu exaratis, sed manifesto vitio. τυφωμανίν enim ex melioribus & recondicioribus membranis legendum est. Est autem τυφωμανία μικτὴ ἐκ φρενίτιδος καὶ ληθάργου πάθημα, vt scribit Galenus in Exegesi, haud dubiè hunc locum subnotans. Quam etiam sententiam sequitur initio Comment. in protrh. & libello περὶ κώματος. Etsi in Isagoge pulsuum & libro 4. de causis puls. hunc affectum ex phrenitide & lethargo permixtum nomine carere scribit. Quod tamen imperitis Medicis attribuit in libello περὶ κώματος. Τυφωμανίαν quoque ex phrenitidis & lethargi permixtione fieri testatur Definitionum Medicarum author cùm scribit, ὡς ὅτε καὶ ἡ τυφωμανία, ἢ ὅτε ὅτι ληθαργος παραφρονικὸς, ἢ παραφρων τὸ ληθαργικόν. (Sic enim legendum est cùm τυφωνία passim legatur.) Quo sensu Typhomaniæ lethargicus furor & delirium, aut furiosus delirusque lethargus dici potest. Ληθῆ autem addidisse videtur ob magnam nominis controuersiam, aut affectus ambiguitatem, & cognitionis difficultatem. Quæ opinionum tormenta palam fatetur Galenus libello περὶ κώματος. G

αἷμα χλωῦδες] Sic publicata habent omnia exemplaria quæ etiam secutus est Caluus. Nos ex codicibus manu scriptis omnibus χλωῦδες legimus, quod idem quod χλωρὸν & pallidum, aut ex virore pallescens significat, & magnum est malè affectorum viscerum indicium.

[10] ληθίων] Istud febrilem accessionem indicat, quemadmodum λαθίνης non ratò Hippocrati dicuntur accessione correpti, & λάθη ὀδυνωμανία Galeno dicitur, μάλιστα δὲ ἡ ἐκ φρενίτου, febrium præcipuè quæ per circuitus repetunt insultus, vt alibi scribimus. H

αὐτίκα

A αὐτίκα ἀκράτειαι τραχήλου] Sic legendum censeo contra omnium publicatorum codicum fidem. Ij nanque αὐτίκα κραπὶς τραχήλου legunt. Quam lectionem scripta quædam exemplaria retinent, pertinaci admodum mendo. Potest & ἀκρασίαι legi. Codex Regius vnus manu scriptus αὐτίκα ἡ ἀκρασία legit, non minus insolenter. ἀκράτεια autem imbecillitatem ac partium impotentiam & δυσκινησίαν, quandamque ad motum difficultatem ex motricis facultatis imbecillitate denotat, & cerebri offensam, ex qua inefficaces neruosi generis affectiones redduntur, demumque etiam conuulsiones accersuntur. Quibus iam imminentibus haud scio an per κραπὶς τραχήλου ceruicis reliquorumque membrorum rigiditatem ac inflexibilitatem indicet.

καὶ εἶπε ἐξακτικλείσθη] Eadem locutione vtitur Hippocrates lib. de rat. victus in morb. acutis, & εἶπε ἐξακτικλεισμένος dicitur Galeno, ὀκ πολὺ χρόνου μὴ βεβρεχωρηκώς. & εἶπε ciborum rectrementum significat, & τὸ ἀπὸ τῆς εἰπόνος περιττωμα περιεχόμενον ἐν τοῖς ἐντέροις, ὃ δὴ καὶ σύβαλον ὀνομάζουσι Ἕλληνες. Siue igitur cibus conclusus ac interceptus intelligatur, siue ciborum reliquiæ & excrementa, idem hic significatur, quod in Prorrhetico per εἶπε ἀπολελαμμένα. Qua locutione Galenus τὰς ἐπιγιγνομένας ἢ γαστρὸς, ἢ τὰς αὐτόκτους, ἢ ἀπολελειμμένας τῆς τῆς εἰπόνος περιττωσεῖς, significari scribit. Alui autem interceptio & ciborum auersatio, sunt malè affecti & succenti iecoris indicia. Quod etiam de hac ægra attestatur Galenus. lib. 3. περὶ διαιτ.

πνεῦμα πυκνὸν] Hunc locum explicat Galenus libr. 3. περὶ διαιτ. simulque indicat cur in hac ægra delirio affecta, spiratio crebra & parua adfuerit. Qui locus quòd vitiosè nostris in codicibus legatur, integer apponendus est, simulque vt huic loco lucem afferat: περὶ δὲ τῆς Νικοστράτου γυναικὸς, ἣν ἔφη μοι δεκάτῃ πρωΐ θεῖναι τὸ μικρὸν καὶ πυκνὸν πνεῦμα, διόπερ παρεφρόνησεν. οὐ γὰρ ἦν πολλάκις, ὡς ἔοικεν, τὸ ἀραιὸν καὶ μέγα πνεῦμα περιττωσεῖς ἔστιν ἴδιον, ὅς τε ἄξιον ζητῆσαι βέβηκε δοκεῖ μὴ ὀνίγιστα. τὸ δὲ ἀκριβὲς αὐτὸ, τὸ τῆς ἀληθείας ἴδιον, τὸ μικρὸν καὶ πυκνὸν. οὐδὲ γὰρ περὶ τὴν διάγνωσιν τῆς ἀρρωστίας, ἡμῖν ἔφη ἡ γυνὴ ἐδόκουν οὐδὲν τῆς κεφαλῆς, οὐδὲ τῆς ὀσφύος, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ὀδυνᾶσθαι οὔτε καὶ ἐπεχόνδριον, οὔτε καὶ πάρεγκα. ἐν δὲ τοῖς ὑπὸ τὸ γινόμενον ἐμοὶ μὲν δοκεῖ διὰ τὸ ἐκ τῆς ἰδίας ἀναισθήματος συνεῖναι περὶ τὸ γινόμενον ἀπὸ δεκάτης ἀρξάμενος. ὀνομὴ γὰρ τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ ἐκ τῆς ἐπιπόνου ἀναισθήσεις αὐτὸ τὸ νοήματος ἐπιπόνου. ὀνομὴ δὲ τὸ ἐν τῇ ὀσφύϊ τὸ ἀναισθήσεις ἀπὸ δεκάτης ἀρξάμενος. ἐν δὲ τοῖς οὖν ἐν τῇ ἐρυθρᾷ ἐν τῇ ἀναισθήσεις ἐν τῇ μικρᾷ ἐν ἐπὶ τὸ νεμίζω ἡμῖν ἔφη ἐν τῇ φλεγμονῇ, ἐν τῇ ἢ ἀναισθήσεις ἐκκαθαίρεσθαι, ἐν δὲ τοῖς ἐν τῇ ἐπιπόνου καὶ ἐν ἑαυτῷ τὸ πόνῳ ἢ κάμνοντα. ἔστι γὰρ ἐν τῷ ἐν τῇ ἐπιπόνου πολλάκις, ὡς καὶ ἢ ὀλιγοπαθοῦσα ἀναισθήσεις, ἡ ἢ ἀναισθήσεις ἐδόκουν τὴν ἀναισθήσεις. δηλοῖ δὴ καὶ τὴν τῆς ἀρρωστίας τὸ βέβαιον, καὶ ἡ λέξις αὐτὸ τὸ πολλοῦ. ἀρχὴ γὰρ γοῦν αὐτῷ ἦν. ἄνωθεν δὲ τῷ διότι τὸ ῥῆμα ἐκεῖνο, μικρὰ ἐδείκνυε βλάβῃ βουλόμενος, ὡς ἔφη ἀπὸ δεκάτης πολλάκις. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ὅτι βέβαιον μὲν αὐτὸ τὸ ἀρρωστίας, ἐμφανῶς δὲ φλεγμαίνοντος καὶ τὸ ἧπαρ, οὐ μὴν ἢ ἀρρωστίας, ἀλλὰ ἢ ἢ φλεγμονὴ εἰκότως ἀπαιτοῦσα διέφυγεν. (quod est). Quòd ad Nicostrati vxorem attinet, in ea paruam & densam respirationem ob eam causam apposuisse videtur, quòd delirauit. Iam enim sæpius dictum est, contrariam, nempe raram & magnam respirationem, delirij propriam esse. Adeò vt dignum inuestigatione videatur, quamobrem hic quidem minimè aderat, verùm quæ illi est contraria & doloribus propria, parua scilicet & densa. Neque enim in ægritudinis explicatione alicuius partis dolorem extitisse, sed neque circa præcordia, neque circa thoracem insignem vllum tumorem apposuit. Quid igitur accidit? In hac muliere, ex duplici initio, meo quidem iudicio, duplex morbi species constitit. In eo nanque quod delirauit, & ceruix, os, & naris conuulsionem senserunt, apparet in ipso capite morbi aliquam materiam extitisse. Ex eo verò quòd cibus intrò conclusus fuit, ad decimum vsque diem, & in vrinis sedimentum erui speciem referens extitit, non paruam iecoris inflammationem fuisse existimo, à qua superata superior affectio, non potuit per se ipsa respirationis speciem exprimere. Dictum enim & iam antea sæpè est, prout superat affectio, ita & difficilis spirationis speciem efformari. Hoc verò tum vel maximè delirij paruitas, & senis dictio indicat. Delirare enim eam dixit. Qua dictione cùm paruam noxiam indicare vult, vti consueuit, vt aliàs sæpe demonstratum est. Nil enim mirum, si cùm parum quidem delirauerit, vehementi verò hepatis inflammatione tentata sit, nulla quidem delirij, verùm ipsius inflammationis propria respirandi difficultas obtigit.

ἀκρασίη] Vox est apud Hippocr. ambigua & aliquando vitæ intemperantiam & incontinentiam significat. Hic verò impotentiam, membrorum imbecillitatem ac incontinentiam denotat & ἀκράτειαν.

ἀβελτέρους] Exemplaria omnia Regia manu scripta ἀβελτέρους cum Asulano legunt. Quæ etiam est lectio Italicorum codicum, vt ex Caluo patet. Noster verò ἀβελτέρους habet cum publicatis Germanicis. Hancque lectionem ex Galeno retinuimus.

ἐπίστασις ἐρυθρὴ] Sedimentum in vrinis erui simile corporis totius aut renum colliquationem ab intenso calore significat. Hic magnam hepatis inflammationem denotat. In febribus etiam conspiciuntur erui similia sedimenta ex sanguine crasso in renibus aut hepate assato & torrefacto, vt scribit Galenus Comm. ad aph. 76. lib. 4. Idem quoque erui similia sedimenta heparis affectus comitari scribit Comm. 1. lib. 6. epid. & Comm. 5.

ξυσματώδης] Sedimenta ramentosa & strigmenta referentia, solidiorum partium ac vasorum colliquationem ex nimio feruore indicant, præcipueq; quòd albedinem iunctam habeant. Sunt enim ξύσματα huiusmodi superficiales partes à partibus solidis consumptione & colliquatione abrasæ. Exemplaria verò quædam manu scripta ἐπὶ λεπτὴ ξυσματώδης iungunt quæ secutus est Caluus, & probanda est lectio.

λεπιδώδης] λέπιδα exponit Galenus quod intrà corticem est, in Exegesi, & aliquando per se ponitur apud Hippocrat. pulmentariumque ex leguminum farina, & lentium lomentum elixatum significat, vt lib. 2. περὶ γυναικείων. Interdum verò leguminis addito vtitur & λέπιδα φακῶν vocat, lentemque cui detracta sint putamina intelligit. vt lib. 1. περὶ γυναικείων. Dicitur & quibusdam λέπιδος eadem notione, sed perpetuo per ι efert Hippocrates. Vnde λεπιδώδης ἐπίστασις hic denotari videtur, quæ lentis colorem refert ex biliosi & crassi sanguinis torrefactione, indeque etiam ἐπόχλωρος bile huiusmodi sanguini permixta dicitur. Potest etiam sumi λεπιδώδης ἐπίστασις quæ leguminum farinæ similis sit, præsertim lentium, & quæ crassiora farinæ frustula & negligentius subacta refert, sanguinis in hepate exassationem & colliquationem subindicans. idque præcipuè cùm ad rubrum tendat, velut καυματώδης & ἐρυθροειδὴς ἐπίστασις hepatis colliquationem subindicat Comm. 5. in lib. 6. epid. Caluus λεπιδώδη ἐπίστασιν sumpsisse videtur ex bilis vitellinæ permixtione luteam. Vitiosa sunt autem exemplaria quæ λεπιδώδης pro λεπιδώδη legunt.

ὡς πιμελῶδες ἐφίσταν] Istud ex magno hepatis incendio adipis renum colliquationem ac fusionem indicat, ex placito 35. libr. 7. Codex vetustus manu scriptus Regius ὡς πιμελὴ διέφυσαν legit, reliqua exemplaria cum publicatis consentiunt.

ἀξυνέξιον] Exemplaria omnia tum publicata, tum manu exarata ἀξυνέξιον legunt, sed ἐξόνιος cum Cornario lego. Cuius notionem eò lubentius amplector, quòd in importuno salo nauiganti, nulla Cynosura apparet, ad quam nauigationis nostræ cursum flectamus. Quæ lectio certè significat sublimamentum in vrina non admodum fuisse diuulsum ac disparatum, sed ouillo velleri aut lanæ minutim carptæ non absimile. Quod varium naturæ conflictum indicabat, materiamque à flatibus multis exagitatam & à calore sublatam. Quæ verò vulgata est lectio, etsi valde perplexa est, indicare potest sublimamentum dispersum fuisse per totam vrinam eiusque superficiem externam occupasse, ac velut externo quolibet circunscriptam. Verùm in his scriptionis vadis & opinionum commentis, suspectam esse mihi codicum fidem confiteri æquius esse existimo, quàm quædam effutientem nauseare atque mihi ipse displicere. Cuius rei suspicionem auget Caluus, qui ex codicibus Italicis & membranis Vaticanis ista subticuit. At certè tanta vrinarum varietas & instabilitas, magnam in corpore exagitationem, & varium facultatum omnium congressum ingentem quoque materiæ inæqualitatem & incendij febrilis incensionem indicabat.

ὅτι πάντῃ βέβαιον ἐκκαθαίρεσθαι] Meliora exemplaria omniaque manu scripta διεκκαθαίρεσθαι habent, quæ secuti sumus.

ἀναίρημα πυρετὸν ἐν ὑποχονδρίῳ] Hic intelligi videtur quod libr. 3. epid.* ἀναίρημα ὑπόχρεων dixit, & magnam flatuum ac crassioris materiæ confertam copiam, ab immodico calore subuectam, variamque naturæ exagitationem subindicat.

* *In Pythione.*

χαιῶν δὲ ἄλλο κεῖται] χαιῶν siue ad vrinam siue ad sublimamentum referas, obscura est & insolens vrinarum attributio. Hic χαιῶν ad vrinam referri videtur quæ nulla habet contenta, nihilque quod subsideat, neque vllam habet materiam crassam, lentam & confertam, quæ eam spissam reddat, qualis est diluta & tenuis omninoque cruda, quasi mollis, laxa, ac velut inanis & fungosa, nihilque habet solidi ac renitentis. Sic enim χαῦνον de mollibus tumoribus & qui digitis cedant, quique nullo crasso lentoq; humore, sed facilè vaporante constarent dicitur Hippocrati lib. 1. Epid. Comm. 1. A

ἄλλον οἶνον] Vrinam valdè returbatam quæque colore & crassitudine veterini generis vrinas referat intelligit, quæ non tam humorum crudorum ac flatuosorum à bilioso succo feruente agitationem, atque adeò capitis tentationes pronunciant, ex placito 70. lib. 4. quàm naturæ facultates à crudæ, pertinacis, & crassæ materiæ abundantia prostratas esse. Hinc namque & grauissimi stomachi dolores, deliria, conuulsiones, palpitationes, & intensissimæ cephalalgiæ, denique etiam mortes impendent, vt in Philini vxore lib. 1. Epid. apparet. m

οἶον τὰ ζοφώδεα] Videtur ζοφώδες οὖρον intelligere (velut in Cois Præsagiis dicitur) vrinam caliginosam ac velut tenebricosam, valdè crassam & turbulentam, quæ magnam humorum ab exæstuante incendio, præcipueque feruentium succorum ac bilis crassæ & rubræ exagitationem præfert, ingentemque humorum perturbationem. Ex qua multis obortis crassis ac densis vaporibus, velut obscura ac opaca redditur, spiritibus ipsis ac lucido humorum splendore extincto & vaporum densitate offuscato, non secus ac in ambiente nos aëris statu contingit. Qua de re plura illic scripsimus & nostris in lib. 3. Epid. annotat. B

[11] ὁ φρῶπς παρεκχθεὶς] φρένες dicuntur Hippocrati qui leuiter mente emoti sunt & φρενοῦνται, vt & φρένωσις ἡ μικρὰ φρενοπαθία vt aliàs scribimus, hic tamen insaniam & furiosam mentis motionem indicare potest, & ad furorem gradum quendam facere, quemadmodum scripsimus nostris in lib. 3. Epid. annot. vt & Aretæus φρενοῦν pro phreniticorum delirio ponit. Hic verò φρῶπς παρεκχθεὶς dicitur quòd primus mente captus sit & ad insaniam deuenerit. Cornarius παρεκχθέντα delatum dicit, eaque ratione productum dixisse videtur Caluus, vt de Euryalo mortuo dixit * Maro, *nec te tua funera mater Produxi.* * *lib. 9.*

οὖρον καθαρὸν] καθαρὰ οὖρα puras & defæcatas vrinas vocat Hippocrates, & τοῖς πάχος ἔχουσι opponit lib. 1. Epid. † Est autem hoc insigne vehementis insaniæ exemplum. † *Sect.* 1. C

κοιλίη κοπτή] Aluus gibbosa, protuberans, ac à flatibus distenta & intumescens intelligitur. Sunt namque κοπτώματα Hippocrati tumores à flatibus contracti præcipueque recentes. Galenus οἰδήματα interpretatur in Progn.

αἰσχρομεθόριον ἰσχυρῶς] Ista à natura ægri abhorrens permutatio perniciem & vehementem insaniam indicat, eamque dictionem ex Epidemiis agnoscit Galenus Comm. 2. in Prorrh. Qua de re plura scripsimus nostris in lib. 3. Epid. annotat. Hic autem κκαλαστόπαν pro κάλλιστον leg. videtur Erot. quod ἀναιδέστατον exponit quod est impudentissimè vt scribimus in nostra OEconomia.

ἀθόλεον οὖρον] Interpretes κθόλεον omiserunt cùm tamen omnibus in exemplaribus habeatur.

ἐξ ὑπνοῦ] Videtur indicare sudorem ideo existimatum criticum, quòd liberè & continenter, atq; adeo etiam somni benignitate effunderetur. Idque per hyperbaton legendum. Caluus ὑπνοῦ legisse videtur alio longè sensu.

[12] Eumenis coniunx autumno bilem atram vomitione reiecit. Quin & odores id declarabant, & febres horroris sensu insignes vexabant, & oris ventriculi dolores. Biliosa pauca vomuit & lumbricum. Deiectiones tenues erãt per totum tempus ante Vergiliarum occasum, & circum eas cessabant, sanguinisque profluuia & breues febres breuibusque reuersionibus statim reuertentes aderant. In quibus ægri cibum auersabantur, ac velut excocti erant, corporis incontinentia & oris ventriculi dolore vexabantur. Lumbricis conflictabantur circa iudicationes, rigoreque erant affecti ac biliosi. [13] Peregrino adolescenti tertio die & quarto & quinto multus è naribus sanguis profluxit, sexto modestè se gessit, desipuit. Septimo die aluus restitit, sopore detinebatur, tertio die morbi reuersio facta est, aluus reniti desiit. Vrinam non vidi. Sub iudicationem prout debebat se gessit. Sub Vergiliarum autem occasum, austrini flatus & pluuiæ aderant, tuncque adolescens mucosa, aliquantum biliosa, cocta, glutinosa & crebra alui recrementa demisit, febris assidua aderat, lingua arida. Sexto die iudicatione est absolutus. Septimo rursus præhendit eodemque die dimisit cum tremore. Sexto in aurem sinistram fluxio glutinosa, crassa decubuit. [14] Puero vlcere exedente (phagedænas vocant) affecto, inferiores dentes, & ex superioribus ac inferioribus primores exundarunt, & cauitatem reliquerunt. Quibus quidem os à palato discedit, iis medius desidet nasus. At quibus superiores primores dentes, iis summus nasus latus est. Qui quintus ab anterioribus numerabatur, quatuor habuit radices (quarum duę ferè ad vicinum vtrunque dentem connexæ erãt) suis extremis omnes ad interiora inflexas. Ad tertium dentem plures suppurationes quàm ad cæteros omnes, & ex naribus crassæ fluxiones, & ex temporibus dolores inde maximè contingunt. Exe-

[12] Τοῦ φθινοπώρου, ἤμεσε χολὴν μέλαιναν ἡ Εὐμενέος. καὶ αἱ ὀδμαὶ δὲ ἐνδηλοι. καὶ οἱ φεικώδεες πυρετοί. καὶ αἱ καρδιδγίαι. χολώδεα βεγχέα ἀνεμοῦσα, καὶ ὀ ἕλμινθιον. δραχωρήματα λεπτὰ πόμπα τὸν χρόνον ἐνδὲ πλειάδων δύσιος. ἔλυσεν ἐνδὲ αὐτίκα. αἴτε αἱμορραγίαι καὶ βεγχύτεσι οἱ πυρετοὶ, καὶ ὑποσφοφώδεες αὐτίκα, βεγχέσιν ὑποσφοφῆσι. καὶ ἀπόσιτοι. καὶ ἐφθοί. καὶ ἀσώδεες. καὶ καρδιδγίες. καὶ θηριώδεες ἐν τῆσι κείσισι. καὶ ῥιγώδεες. καὶ χολώδεες. [13] Μειρακίον ξενὸν, τέτη αἷμα ἐκ ῥινῶν πολύ. καὶ τετάρτη. καὶ πέμπτη. ἕκτη ἴσατο κεκρίσεις. παρέκρουσεν. ἑβδομαῖος γαστὴρ ἐστήκει. κωματώδης ἦν. ὑποσφοφὴ τεταίη. ἐξέλιπε γαστὴρ ἀντεχομένη. οὖρον οὐκ οἶδα. ἐνδὲ κείσιν οἷον ἔδει. ἐνδὲ δὲ πλειάδων δύσιας νότια καὶ ὑέτια ἦν. καὶ τότε μειρακίον μυξώδεα, ὑπόχολα, πέπονα ὑπεχώρει, γλίσχρα, συχνὰ δραχωρήματα. πῦρ συνεχές. γλῶσσα ξηρή. ἐκείνη ἑκταῖος. ἑβδομαῖον αὖτις ἔλαβεν. ἀφῆκεν αὐτήμερον ἔμω. ὠτὸς ῥεῦμα κατ' ἀειρεσίν. γλίσχρον. παχὺ ἔκτη. [14] παῖδα ἐν παιδίῳ ἐν φαγεδαινώδεσι, ὀδόντες οἱ ὑποκάτω. καὶ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω οἱ ἐμπρόσθιοι, ἀνέπλεον. ἔγκοιλον εἶχον. ὀστέον ὧν μὴ ἐκ τῆς ὑπερώης ἀπῆρχε, μέσος ἵζει ῥὶς. ὧν δὲ οἱ ἄνω ὀδόντες οἱ ἔμπροσθεν, πλατεῖα ἄκρη. ἀριθμούμενος ὁ πέμπτος ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν, τέσσαρας ῥίζας καὶ δύο συνεζευγμένας, ὡς πρὸς ἑκάτερον τῶν γειτόνων ὀδόντων, ἄκρας ἀποκεκαμμένας εἰς ὃ εἴσω μέρος πάσας. τοῦδε τὸν τέλειον ὀδόντα, ἀποπυήματα πλείω, ἢ τοῦδε τοὺς ἄλλους πάντας. καὶ τὰ ἐκ ῥινῶν παχέα ῥεύματα. καὶ ἀπὸ κροτάφων ὀδυνῶν ἐκ τούτου μᾶλλον γίνονται. ἐαθίεται οὗτος,

D E F G H

A ταῦ οὗτος, μάλιστα ὁ πέμπτος. ἐκ μέσου μὲν κόνδυλον εἶχεν. δύο δὲ ἔμπροσθεν ὁ μικρὸς, πρῶτος, ἔνδοθεν κατὰ τοὺς δύο ἐβεβόρωτο. ῥίζαν μίαν παχέιαν ὀξέιαν εἶχεν ὁ ἕβδομος.

ditur iste præcipuè quintus, & ex medio quidem tuberculum habebat. Ex duobus autem primoribus, minor primus interna parte iuxta duos erodebatur. Septimus radicem vnam, crassam, acutam habebat.

[12] αἱ καρδιαλγίαι χολώδεις] Sic publicata legunt omnia exemplaria. Quidam codices manu scripti χολώδια & βεχία iungunt, quę nos secuti sumus cum interpretibus, etsi constare potest sua publicatis lectio.

ἕλκεα περὶ αὐτὰς] Sensum valdè popularem Germanicorum codicum secuti sumus, qui mihi planè videtur explicatus. Codices Regij tres manu scripti hoc loco multùm variant, nec sine vitio. Vnus ἑλίγματα habet, alter ἑλίγματα, tertius etiam ἑλίγματα. Caluus
B ἐνωχλεῦν aut aliud quid tale legisse videtur. Cornarius pro περὶ αὐτὰς αὖθις legisse videtur, & sequentibus iunxisse. Mihi non absurdum videtur vt quæ postea dicuntur ægrorum affectiones circa Vergiliarum occasum explicent.

καὶ ἑφθοὶ] Ista febres respiciunt quæ tunc laborantes affligebant. Intelliguntur igitur hic febres quæ ob nimiam humiditatis redundantiam corpus halituosis excrementis replent, ac velut excoctum reddunt & exolutum. ἑφθότης enim Hippocrati virium corporis exolutionem, quæ ob calidam humiditatem fit, quasi elixationem quandam significat, vt scribit Galenus Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Possunt & ἑφθοὶ dici vt febres respiciat quæ autumno grassarentur à bile per æstatem præcedentem retorrida, in quibus etiam desipientiæ immites & ferinæ fierent, de quibus θηριώδεις dicitur, * vt scripsimus nostris in lib. 2. epid. Comment. *Sect. 1.

θηριώδεις] Hæc dictio ægros aut etiam febres respicere potest, & eas intelligere quæ sua feritate, humorum malignitate & cacochymia interaneorum animalia gignunt, quemadmodum φθινοπωρινὸν θηριῶδες dicitur lib. 2. epid. & lib. 6. Hic verò cùm autumna-
C les morbi describuntur, tuncque propter summam humorum cacochymiam & status inæqualitatem, magna gignatur succorum prauitas, huiusmodi febres intelligi quæ malignitatem summam præferrent, aut lumbricos & ascaridas circa iudicationes demitterent, vero est simile, cùm θηρία † Galeno intestinorum animalia dicantur, & autumno præcipuè grassari soleant, vnde & φθινοπωρινὸν θηριῶδες dicitur, vt scripsimus nostris in lib. 2. epid. Com. qui locus plurimùm confert ad huius intelligentiam. Id igitur tum ægris circa febrium solutionem aut iudicationem lumbricis vexatis, aut etiam febribus attribui potest, in quarum declinatione erecta ad morbi victoriam spe, & natura morbum propulsante, lumbrici reiiciuntur. Ad huius verò exempli declarationem plurimùm facit quod †† scribitur lib. 6. epid. τὸ θηριῶδες φθινοπώρου, & αἱ καρδιαλγίαι, & τὸ φλεγμῶδες, & μελαγχολικόν.

† In Exeg. †† Aph. 13. sect. 1.

[13] παρέκρουσεν] παρέκρουσεν ἑβδομαῖος iunxit Caluus. Nos receptam publicatorum & manu scriptorum codicum fidem secuti sumus.

ἐξέλιπε γὰρ αὐτὴν αἱμορραγία] Hæc phrasis indicat aluum non amplius substitisse, & quæ reniti desisteret, quæq; ad iudicationem so-
D luta fuerit. Caluus ἐπιστροφὴ τεταμένη ἐξέλιπε, γὰρ αὐτὴν αἱμορραγία legit, sed nos codicum omnium consensum amplexamur.

περὶ κρίσιν ἦλθε] Caluus istud ad vrinas refert. Mihi videtur hac phrasi subindicari, omnia sub iudicationis tempus ad eam subeundam ritè fuisse composita, & ægrum optimè se gessisse, ideoque morbum partim alui secessu solutum, partim in aurem sinistram depositu decubuisse, vbi sanguinis profluuio alleuatus fuit. Credibile est autem adolescentem istum febre tentatum ex magna humorum redundantia, cui plurima esset permixta materia partim frigida & cruda, partim etiam biliosa, cuius exæstuatione magna pars sursum euecta, cerebrum tentauit.

καὶ τὸν] Pro καὶ τὸν codex vnus Regius manu scriptus περὶ ἡ πτελέδων δύο μυρίων legit, ac videtur esse quædam illorum verborum explicatio. Reliqua exemplaria cum publicatis consentiunt.

πόνοι ἐπιγένοιτο] Cornarius πόνοι omisit, quod tamen omnibus in exemplaribus constat, magnamque ad firmandam iudica-
E tionis authoritatem vim habet, vt & aurium sordium crassitudo & viscditas, quæ coctionis firmitatem indicat. Sic enim Galenus in artis Constitut. & Arte parua, inter alia excrementa, ex quorum mutationibus de morbis iudicia fieri monet, aurium sordes annumerat.

[14] τῷ πυρίῳ] Puero vlcere exedente ad os tentato, primores dentes superiores ac inferiores corruptionem senserunt ac deciderunt, & os maxillæ perniciem sensit. αἰπεινὸν autem vetustam lectionem ex codicibus omnibus retinuimus, quòd sit Hippocrati familiaris ὀστέων αἰκίσματα & αἰκίσεις, vbi ossis eductionem, inundationem, aut fluctuationem, puris etiam redundantiam ac velut restagnationem in osse significat, vnde sideratur, decidit, & discessum facit, vt annotauimus in Cois Prænot. vbi ὀστέων αἰκίσεις de ossis maxillæ discessu, corruptione ac eductione dixit, quod libro de fracturis αἰκισθῶσι dicitur. Caluus αἰπεῖον legisse videtur, quemadmodum etiam legit ** Fuschius suis in lib. 6. epid. Com. Hic autem exemplaria omnia secutus sum tum publicata tum scripta quæ ἐγκιστοῦχον legunt. Sic enim significatur maxillæ os ab vlcere erosum, vnde dentes exciderunt, cauitatem habuisse & reliquisse. Fuschius certè vir in arte Medica multarum palmarum nobilis, aliter hunc locum legit. Sed profectò in tam
F constanti exemplarium scriptione mihi nunc ab iis discedere religio est, dum abundè melior spes affulserit. ** Aph. 3.

ὧν μὲν ἐκ τῆς ἐπιστάσιος] Hæc sententia scribitur lib. 6. Epid. † his verbis, ὅσοισιν ὀστέον ἀπὸ ἐπιστάσιος ἀπόλλυται πυκνοῖσιν μέσον ἴζει ἡ ἶς. ὅσοισι δὲ ὄπισθεν οἱ ὀδόντες ἄκρη σμικρὸν πῃ. In libro quoque de luxatorum ossium per molitionem curandi ratione (quem κοχλικὸν aut Vectiarium vocant,) huius sententiæ prior pars repetitur, ὅσον ὀστέον ἀπὸ ἐπιστάσιος ἀπόλλυται, μέσον ἴζει ἡ ἶς πυκνοῖσιν. Repetitur quoque libello qui Medicus inscribitur, sed admodum vitiosè vt apparet. Indicatur autem iis quibus os ex palato discedit, medium nasum deprimi & desidere, quòd narium discrimen (diaphragma vocant) palati ossibus innitatur.

† Sect. 1. aph. 3.

ὧν δὲ οἱ ἄνω ὀδόντες] Hæc pars ex superiore dependet, & alteram aphorismi lib. 6. Epid. partem satis explicat, indicatq; sæpe quibus palati os discessit, iis superiores primores dentes excidere, & summum nasum latum & resimum fieri, cùm narium interstitium & os illud quod nares discriminat, deprimatur, quodque dentium incisorum præcipuè, extremas partes pertingit, vt scribit
G †† Galenus. Ex quo satis apparet illud ἄκρη lib. 6. Epid. de summo naso (quod σφαῖρον dicitur vt scribit Rufus in libello περὶ αἰδοίων.) eiusque similitate intelligi, quod quidam dentium summitati tribuunt. Hunc porro locum valdè conturbauit Caluus, adeo vt ne huius quidem intelligentiam consequi possis, dum ita reliquis permiscet. †† Com. in lib. 6. Epid.

ἀεσθυμάνου ὁ πυελίτης] Videtur dentium superiorum qui ex vlceris erosione deciderunt singularem quandam naturam describere, quæ etiam non omnibus vna est, interdumque sæpè variat, vt ex ††† Galeno apparet libello de ossibus. Dentes autem intimi qui maxillares aut molares dicuntur, à †††† M. Tullio gemini, cùm ferè quini vtrinque sint, interdum etiam quaterni & seni, radicibus vtique binis, quidam etiam ternis quaternisve nituntur, præsertimque medij qui sunt maximi, vt scribit Gal. lib. 11. de vsu partium cap. 8. & lib. de ossibus cap. 5. & Celsus cap. 1. lib. 8. Ferèque longior radix breuiorem edit dentem, rectique dentis recta etiam radix, curui flexa est. Ex quo existit vt publicatorum codicum lectionem secutus sim, quæ cum pluribus manuscriptis codicibus consentit, quamuis vnus manu scriptus peruetustus ἑδόντος legat. Quam lectionem secutus est Caluus. Quintus
H namque ordine cùm inter medios maxillares ferè annumeretur, inter maximos accensetur. Qui verò vtrimque sunt maxillares, minores existunt. Cuius rei rationem adfert Galenus lib. 11. de vsu partium.

††† Cap. 5. †††† Lib. 2. de nat. dee.

[15] Athenæo autem puero masculo sinistra parte dẽs inferior, dextra superior doluit. Huius auris dextra pus collegit, cùm non amplius doleret. Post Vergilias tempus placidum, nubilosum & caliginosum fuit. Iudicationes quinto & sexto & septimo die fiebant, itemque longius procedebant. Febrium reuersiones aderant, quæ ad inerrantes vergebãt, & cibum auersabantur, ac biliosæ erant, & intestinorum difficultates cum ciborum fastidio & febre vrgebant. Sub Vergiliarum occasum austrini flatus vehementer spirabant, sanguinis profluuia, febres ad tertianarum naturam propius accedentes, & cum rigore algidæ grassabantur. [16] Qui in sutrina erat & bile plurimùm abundabat, sanguinem naribus profudit, alui deiectio pauca aderat, septimo die cum rigore iudicatione est absolutus. [17] Puer ad extremam cauponam, quarto die sanguinem ex naribus effudit, illico multum nugabatur, aluus restitabat, cum præcordiis duris & dolentibus. Sexto die glande supposita, mala ex pallido virentia demissa sunt. Septimo sub matutinum tempus corporis iactatio, multus clamor, venarum ad vmbilicum pulsationes, ac velut in grauissimis febribus, pulsus creberrimi & maximi erant, & per omnem morbum veluti ad vesperam accessiones mouebantur. Ad dignoscenda autem principia & accessiones in consideratione adhibendæ sunt, & ipsa temporis tempestiuitas, & continuitas, & anni tempus. [18] A Vergiliarum occasu austrini flatus spirabant, quæ quinto die iudicabantur, vno intermisso prehendebant. Quæ verò pustulæ erumpebant ad instar foliorum molles & laxæ erant, quale quid acanthio lapyto contigit. At circa Vergiliarum occasum, cutim scabies & asperitates pruriginosæ quadantenus infestabant, absque humoris lachrymatione, & præcipuè quidem hac anni tempestate. Quinetiam impetigines in tumorem sublatæ aderant. Huiusmodi erant quæ Pythodori coniugi & Capelio vna cùm febre contigerant. Sub cuius initia ferè Pythodori vxori coxendicum impotentia aderat. [19] Post Vergiliarum occasum horrores ægros tenuerunt, & sanguinis è naribus profluuia. Sutor certè quidam septimo die iudicatione est absolutus. Vbi vnum diem intermisisset, altero prehendisset, rursus quarto iudicatus est. Quidam ex his qui apud Leocydem erant, septimo iudicatus est, quarto alius. Moscho nono die largus ex nare sinistra, paucus autem è dextra sanguis effluxit. In decimum quartum diem, prout debebat, iudicatio ab initio commouebatur. Decimo septimo errata in ciborum ratione contingebant. Decimo nono noctu enatum est ad aurem dextram tuberculum paruum, intus durum, foris paulum molle dolorem inferens, nec remittens. Purgatione reiecta sunt admodum biliosa, purulenta, sæpiæ atramento maximè similia. Neque secus ac is cui admota cucurbitula, cùm dolor ad coxendicem esset, in crus descendit, alleuatus est.

[15] Τῷ Ἀθηναίῳ δὲ παιδίῳ ἀρῶσιν ὀδὼν ἐπ' ἀειρεσὰ κάτω, ἄνω ὁ ὀπὶ δοξιά. τούτου οὖς δοξιὸν ἀνεπύησεν, οὐκ ἔπ' ἀγχόιλος. μετὰ δὲ πληϊάδα, ὑδίαι ὀπινέφελοι, καὶ ὀμίχλαι. κρίσιες πεμπταῖαι, καὶ ἑκταῖαι, καὶ ἑβδομαῖαι, ἔπι δὲ μακρότεραι. ὑποσφροφώδεες οἱ πυρετοί. καὶ ἐς ὃ πλανώδεες. καὶ ἀπόσιτοι. καὶ χολώδεες. καὶ δυσεντερίαι, ἀπόσιτοι. πυρώδεες. περὶ πληϊάδων δύσιας, νότια ἰσχυρὰ ἐπὶ. αἱμορραγίαι. καὶ τεταμοφυέες. καὶ ἠπιαλώδεες. [16] ὁ ἐν τῷ σκυτείῳ ἠμορράγησε καπαχρής. ἀφαχώρησις ὀλίγη. ἐκείθη ἑβδομαῖος ῥίγη. [17] ὁ παῖς ὁ τῷδε ὃ ἕκατον καππλῆον, ἠμορράγησε τεταρταῖος. πολλὸν αὐτίκα ἐφλυήρη. γαστὴρ αὐτίχελο, ὑποχόνδριον ὀδυνῶδες σκληρόν. πρὸς βάλανον ἑκταῖος ὑπόπλεον κακὰ χλωρά. ἑβδόμῃ πρωΐ, ῥιπασμός. πολλὴ βοή. φλεβῶν σφυγμοὶ παρ' ὀμφαλόν. ἐν τοῖσιν ὀξυπάροισι τῷ πυρετῷ, οἱ σφυγμοὶ πυκνόταλοι καὶ μέγιστοι. οἷον ὃ ἐς δείλιον παροξυνέεται, πιοῦτον ἐν πάσῃ τῇ νούσῳ. πρὸς τὰς ἀρχὰς δὲ καὶ οἱ παροξυσμοί, καὶ ὃ πρωΐτερον σκεπτέον. καὶ ὃ σπανιώτερον. καὶ ὃ τῷ ἐνιαυτῷ. [18] Μετὰ πληϊάδων δύσιας, νότια. πέμπτη κεινόμενα, ἀφαλιπόλα μέλαν, λαμβάνει. τὰ δὲ φολλικώδεα ὀπιφλυκταινώμενα, οἷα τῷ ἀκανθίῳ λαπύτῳ. περὶ δὲ πληϊάδων δύσιας, ὑποψωρώδεα καὶ ῥηχέα τὰ κνησμώδεα οὐκ ὀπιδακρύοπα. μᾶλλον μὴν τούτῳ τῷ ἔτεϊ. ἀπὰρ καὶ τὰ λεχηνώδεα ἐξαιρόμενα. τοῦτα ἰῷ οἱ, τῇ Πυθοδώρου καὶ τῷ καππηλίῳ ξὺν πυρετῷ ἅμα ἀρχομένῳ, ἀρξάμενα τῇ Πυθοδώρου, ἰσχία ἀκρατία. [19] Μετὰ πληϊάδων δύσιας, φρικώδεες. αἱμορραγικοὶ οὐκ ῥινῶν. ὁ μὴν τοι σκυτεὺς ἐκείθη ἑβδομαῖος. μίαν ἀφαλιπὼν, μίαν ἐλάμβανεν. αὖθις τεταρτῇ ἐκείθη. ἄλλος τῷ τῷδε Λεωκύδεος, ἐκείθη ἑβδόμῃ. ἄλλος τεταρτῇ. Μόσχος οὐάτῃ λαῦρον ἐξ ἀειρεσοῦ. βραχὺ δὲ, οὐκ δοξιοῦ μυκτῆρος. πρὸς τὰς ιδ', ἐς κείσιν. ἢ ἔδει ἀρξάμενα παροξυνέετο. ἀμυγδάλαι βρωμάτων ιζ, ἐλμόνιο. τῷδε ὃ οὖς ὀπὶ δοξιὰ σμικρὸν ἔσωθεν σκληρόν. ἔξωθεν σμικρὸν χαῦνον. ὀδυνῶδες, ὀσδὲν ἐπεδίδου, ιθ, ἐπεγρέλο νυκτός. τοῖσι πολλὸν χολώδεσιν, οὐκ πύοις μάλιστα ὁλοῦ ἰκέλη ἡ κάθαρσις. οἷον ὁ τῷ σικύῳ προσβαλλόμενος. ἐπεὶ ἐς ὃ ἰσχίον ὀδυνὴ τούτῳ ἐς σκέλος κάτω ἦλθε. καὶ ἐρρίσθη.

[15] Τῷ ἀθηναίῳ δὲ] Sic habent omnia exemplaria manu scripta quæ adhuc videre licuit. Interpretes τῷ ἀθηναιάδῃ legisse videntur.

ὀμίχλαι] Istud videtur omisisse aut certè non satis expressisse Caluus.

καὶ δυσεντερίαι ἀπόσιτοι] Hic ἀπόσιτοι omisit Caluus, cùm tamen in omnibus legatur exemplaribus.

καὶ ἠπιαλώδεις] Id ad febres refertur & intelliguntur febres algidæ cum rigore. Sic enim Epialon febrem vocant, Quæreceram Latini dixerunt, in qua frigus cum rigore perpetuò sentiunt ægri. Erotiano dicuntur ἠπιαλώδεις πυρετοὶ οἱ μετὰ φρίκης καὶ ῥίγους γινόμενοι, hoc prope subindicato loco. Potest & id solum rigorem respicere, & febres intelligi, in quibus ægri perpetuo rigore conflictabantur, quòd ἠπίαλος Atticis rigorem qui febres antecedit significet, vt scribit Galenus, cap. 6. lib. 2. de differ. feb. & Hesychius qui etiam τὸν ψυχρὸν eo nomine dici scribit. Vnde existit vt ea sit istius febris appellatio, quòd perpetuo algore aut rigore afficiat. Interpretes aliam sequuntur huius nominis notationem, cùm leues & blandas febres dicunt, ἀφ' οὗ ἠπίως ἀλεαίνει, quòd blandè & molliter incalescat.

[16] καπαχρὴς]

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171244-p1294-9 DFG

A [16] χολῶδης] Hæc dictio cùm ad hominem refertur, exquisitè & affatim biliosum significat (vt scribit Gal. in exeg.) eumque qui bile plurimùm abundat. Interpretes χολώδεις legisse videntur, & partim ad sanguinem abundè biliosum, partim ad sanguinis copiam referunt. Nos exemplarium consensum sequimur.

[17] πολλὸν αὐτέῳ φλυήρει] Sic leg. exemplaria omnia tum publicata tum scripta, quæ secuti sumus. Caluus ἠμῴρᾴνεν πατρικοῖς πολλὸν iungit.

φλεβῶν σφυγμοῖ] σφυγμὸν antiquis dictum esse de sola partium inflammatarum pulsatione, aut de arteriarum conspicuo admodum & manifesto percussu, satis tritum est in Hippocr. monimentis, idque ex Galeni scriptis apparet & Erasistrato & Agathino lib. 4. de differ. puls. vt aliàs † scripsimus. Hic igitur visceris alicuius inflammatio suspecta est, quod & superioribus verbis satis indicatur. ὑποχόνδριον ἰδιωτικὸς σκληρόν. σφυγμὸν autem παρ' ὀμφαλὸν hic dicit velut in Progn. σφυγμὸν ἐν ὑποχονδρίῳ.

† *Com. in lib. 2. epid.*

B ἐν πόσῳ ἐξυπάτοιο] Is videtur eorum esse verborum sensus, aut certè ista per hyperbaton legenda sunt, indicantque caloris febrilis vehementiam & magnitudinem. Nunc autem σφυγμὸς à superiore & antiquis vsitata opinione deflectit, & ad vsu receptam consuetudinem traducitur, omnemque arteriarum motionem, cui cor præest, significat. Cuius opinionis ducem & autorem facit Hippocratem Galenus lib. 1. de diff. feb. & lib. quòd animi mores corp. temp. seq. hunc fortassis locum subindicans. Atq; haud scio an sit alius in Hipp. monimentis ad hanc confirmandam opinionem clarior.

εἰς τὸν δεύτερον παροξυνόμενον] Potest hic locus ad istius morbi singularem naturam respicere, & significare per totum morbum accessiones sub vesperam motas fuisse. Potest & generaliter ad cuiusque grauioris morbi consyderationem referri, & veluti per quendam communem locum significare, in vehementissimis & grauissimis morbis sub vesperam accessiones moueri, velut lib. 6. epid. scribitur: ἐν ἀπόνῳ τῇ νόσῳ εἰς τὸν δεύτερον παροξυνόμενον. Quod de morbis grauissimis, quales sunt autumnales, quique vt plurimùm vespere insultus habent, intelligi debet, vt scripsimus nostris in lib. 2. epid. Com. Vbi & eiusmodi phrasim aperuimus, & huius et-
C iam loci mentionem iniecimus.

ἀρχὴ τοῦ νόσου] Vniuersale morborum tempus & principij cognitio hîc instituitur, ex accessionum & circuituum inter se comparatione, vt medicum attentum reddat ad morbi tempus in quo primùm cœpit, & eius insultum perscrutandum. Eoq; ferè sensu quo lib. 6. epid. scribitur ἀρχὴ τοῦ νόσου τὰς παροξυσμοὺς διασκέπτεσθαι. Vnde hunc locum συμβουλευτικῶς, & tanquam ad morborum dignotionem facientem ex Galeni mente interpretati sumus. Lib. verò secundo epid. amplior constituitur temporum morbi disci*plina*, ex mutua temporum inter sese & accessionum commissione. Vnde & ista cognoscendorum morborum conditio, illius vniuersalioris disciplinæ, quæ illic vberius instituitur, & aph. 12. lib. 1. pars esse videtur. Cæterùm illud τὰ περιόδου circuituum inter sese vicissitudines, successiones, ac proportiones, accessionumq; mutuas collationes significat, velut num maturius aut tempestiuius, num etiam diutius, aut magis, aut continenter affligant. Sic enim & temporis tempestiuitas & continuitas accipienda venit. Illud quoq; τὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ anni tempus indicat. Nam & anni tempestas morbum ipsum eiusq; insultus & accessiones circunscribit. Quod
D per ὥρας τοῦ ἔτους indicat Hipp. aph. 12. l. 1. Atq; eò etiam referri videtur quod scribitur lib. 6. epid. ἐν ἐνιαυτῷ in ferè simili huius sententiæ designatione. Quam lectionem ex quibusdam exemplaribus agnoscit Galenus.

[18] τὰ δὲ φολικώδεα] φολικώδεα, τὰ δὲ φλυκτώδεα ἐν ἐπιφάνειᾳ exponit Gal. in exeg. hunc locum subindicans. Significat autem toto corpore enatas fuisse pustulas, varis similes, subinanes & laxas, ac folliculis semine vacuis similes, hoc est fungosas & molles, ex tenui ferueneque materia in cutem erumpente. φολικώδεα autem velut φολιδώδεα, videtur sumpsisse Caluus aut φολιδώδεα, cùm squamosa dixit. Est enim φολὶς anguium aut piscium squama. Erotianus certè hic φολικώδη pro cutis maculis & scabra asperitate sumere videtur, cùm scribit φολικώδη, τὰ ἐφολιδωμένα. οἱ δὲ παλαιοὶ φόλικας ἐκάλουν τὰς ψωριδίας τραχύτητας. ὀλοφλυκταινώμενα autem lego exemplarium scriptorum omnium fidem secutus, non vt habent publicata ὀλοφλεκταινώμενα.

λαπτὰ] λαπτὰ habet vetus exemplar manu scriptum. Lapato legit Caluus.

ὑποψωρώδεα] Hic summam cutis asperitatem cum pruritu intelligit, furfures elicientem quam ψώρον Græci vocant. * Plinius
E scabiem dicit, etsi aliàs plærumque psoræ nomen retinet. Quòd autem summæ cutis essent vitia ex siccitate orta, nihilque ex alto occuparent, sine lachrymatione aut humoris saliuatione esse dixit. Quibus opponi videntur τὰ λοιχωδεα ἐξανθήματα impetigines tuberosæ ac turgentes, hoc est cum papulis aut pustulis. Papularum nanque genus impetiginem facit † Celsus.

* *Cap. 1. libro 20.* † *Lib. 5.*

ἕωθεν ἐῶσι] Sic legunt publicati omnes codices cum quibusdam manu exaratis. οἷα legit vetustus vnus & reconditus, quæ mihi probanda venit lectio cum exemplaribus Italicis, vt satis ex Caluo patet. Cornarius pro οἷ, ἐν legit. Caluus etiam ἀφιγμένα, non ἀφιγμένα legit & antecedentibus iungit. Nos pluralitatem codicum secuti sumus. Idem quoque in Capelio variat, & Cacipenulo legit, si modò vera est scriptio.

[19] ἀρὴς τοῦ ἰοῦ] Mira est phrasis qua significare videtur ab initio morbi iudicationis progressum in decimum quartum diem ritè & ordine tendere debuisse. Nam cùm nono die largus è naribus sanguis profluxisset, videbatur die vndecimo aut saltem decimo
F quarto iudicatione absolui posse. Sed tandem ægri errato & crudioris humoris abundantia, res est in decimum nonum abscessu quodam deposita & amandata. Sic enim optimè mihi conuenire videtur ista lectio, quæ omnibus in exemplaribus constans est. Cornarius aliò refert, & significat in decimum quartum diem iudicationes fieri, si prout deberent, ab initio accessiones inuaderent, parum attenta huius ægri & totius morbi ratione. Adde quòd οὐδὲ ἀφιγμένα παροξυνέει, aut παροξυνέει legisse videtur. Nec video quanam ratione Caluus illud ἀφιγμένα παροξυνέει ad sequentia referri potuit.

ἐπιβρίει νυκτὸς] Sic ferè habent omnia exemplaria tum publicata tum scripta, quæ popularitè secutus sum. Vnum vetus & reconditum ἀπιβρίει legit velut Caluus ex codicibus Italicis. Tunc q; ad humorum abscessum ac decubitum referetur, qui iudicatione quadam decimo nono die discessit, ac puris emissione solutus est & dissipatus.

πύεσι παῦρον χολώδεον] Istud mihi puris effluentis conditionem aptissimè respicere videtur. ὀλὸν autem τὸ λεῖον & σκληρὸν apud Hippocr. exponit Gal. in exeg. sepiæ atramentum, hunc fortè locum subindicans. Sic enim legendum (vt ex Varino etiam paret) non vt vitiosè scribitur ὅλον, quod & ὁλὸς quoq; dicitur. Caluus ὅλη legisse videtur & ad purgationem retulisse nullo teste neq; sensu. ὁλῶ au-
G tem legendum esse non ὁλῶν vt habent omnia ferè exemplaria, satis constat.

οὐ ὁ τὸν ὀκόλεω] Non fuit in eo similitudo vt vtrique in cruta humorum decubitus fieret, vt voluit Caluus. Sed id fuit simile quòd vterque humorum transpositione ac velut robore naturæ amandata in abscessum materia bene habuit, ac non secus huic coxendicis dolor in crus decubuit, ita & Moscho cerebrum appetens materia in aurem dextram naturę vi est deposita & eiuicta. Sic enim sensus mihi optimè constare videtur. Cornarius illud οὐ quo referret non habuit, ideoque omisisse videtur, cùm tamen in eo retinendo consentiant omnia quotquot videre licuit exemplaria. Caluus etiam μεγάλου ὀκόλεω leg. videtur.

[20] Ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἵππου κωλαπεσὼν, ὡς ἐπεσκεύασθη αὐτίκα σικύη. ἐκαύθη ἔσω. καὶ οὐ ἐπαλλήχθησεν. αἱμορ-
H ραγικά. καὶ ῥυγώδεα. καὶ ἐκθλίβοντα. ἡ Τενεδίη τεσσαρακαίδεκα ἀπέφθρεν, ὡς ἔφη τεσσερακοντάμερον ἄρρεν. γαστὴρ ὑγρὰ λε-

[20] Qui ex fictili equo decidit, cui nec illico admota est cucurbitula, intus vstus est, ac vigesimo malum reeruduit, cùm sanguinis profluuio fœculenta & erodentia prodierũt. Mulier Tenedia quarto die masculum triginta dierum (vt aiebat) abortione reiecit, aluus

liquida, tenuia demisit, lingua exusta est, quarto die iudicatio contigit. Post Vergiliarum occasum lienis affectus aderant, & ad quintum vsque diem sanguinis è naribus profluuium, iudicatio obtigit. Cuidam septimo die vrina eruĩ loturæ similis prodiit, sibiipsi persimilis, deinde pura, recidiua facta est. Intermisit quoque & Megarensis filio, præterquam quòd sanguis non profluxit. Vrina qualis Artigeni, alba, crassa, similis. [21] Sub brumam sydus insigne visum est, quinto autem post sextoque die terræ motus extitit. Antigenis vxor quæ in Perintho erat, suspiriosa perseuerauit, cui nescienti an vterum ferret, rubra comparuerunt, vterusque interdum paruus, interdum magnus videbatur. Semper tussiebat ac si celeriter viam conficere contingeret. Mensis agebatur octauus cùm constitit, febre priùs tentata. [22] Coniunx fratris Apomanti septimo die (vt dixit) fœmellam sexaginta dierum abortione reiecit, ad nonum verò diem perturbata est. Post iudicationem dextra parte dolor erat, ac si ex conuersione accidisset. Hæc celeriter fœtum concipiebat & perdebat. Quædam cum albo fluore filiam peperit, quædã cum rubro, vt conueniebat. Horrore vexabantur ęgri, corporis incontinentia iactabantur, cibos auersabantur, morborum reuersionibus tentabantur: biliosi sanguinis eruptionibus obnoxij, lienis affectibus aliquãtulum vexati, sinistra parte plurimi dolorem sentientes. Apemanti vxori cùm in hanc partem conuertebatur, dexter oculus doluit; si in alteram, lateris inanitas. [23] Aristophontis filiam febris tertio & quinto die prehendit, sicca plurimùm permansit, aluus tamen huic conturbata est, difficilis iudicatio fuit, supra triginta dies cessauit. Pustulæ quidem ex laboribus non vehementibus ad diem septimũ perueniunt, aliquantulum liuidæ. Rigor ancillam quæ post Heroum habitabat corripuit. At albæ & magnæ ferè improbãtur in alto stupore (quem catochon dicunt) correptis, somniculosis, & quibus corporis moles non concidit, & bilis restitat, atq; etiam vbi non confidunt, siue aluus lubrica sit, siue dura. Zoilo fabro pulsus tremuli, tardi. Lotium & alui recrementum modicè decoloratum fuit, imi ventris contensio vtrinq; in directum ad vmbilicum pertingens cum graui febre, cibos auersabatur, siticulosus. [24] Apud Tecomæum præfecti annonæ filiæ, cùm incertum esset, an vterũ gestare inciperet, duorum mẽsium spatio vomitus pituitosus, interdum etiam biliosus erupit, difficulter peperit, integrè purgata est. Ad trigesimum diem similis vomitus perseuerauit, deinde aluo conturbata vomitus cessauit. Lęuitas intestinorum adfuit, neque menses prodierunt, duorum annorum spatio per hyemem profluuium per ora venarum sanguinem fundere solita, passa est. Duo fratres Cecropis propinqui, quibus circa initia nigra demittebantur, aliquantulũ fœculenta, & condimentis ex sanguine paratis affinia, quæ ex bile saturatis & spumantibus cum virore pallescebant. Qui ex pacto asinum sustulit illico febricitauit, tertio die sanguinem è naribus profudit, & quarto, & quinto, & septimo, & octauo, iudicatione est absolutus cum aluo lubrica. Qui circa fodinas versabatur præcordia dextra contenta habebat, lien magnus erat, & aluus distenta, aliquantulum indurata, inflatus fuit, decolor.

ταλά. ξυνεκαύθη γλῶσσα. κεῖσις τεταρταίη. Μετὰ πληϊάδων δύσιας, ἀπλωώδεα. καὶ μέχρι πέμπτης ἔρρει. ἐκείθη. ἑβδομαίῳ δὲ ἐόντι οὖρον. οἷ ὀρόβων πλύμα. ὅμοιον αὐτὸ ἑωυτῷ. ἔπειτα καθαρόν. ὑποστροφή. διέλιπέ τε καὶ τῷ Μεγαρέος. πλὴν αἷμα οὐκ ἔρρυη. οὖρον οἷ ὁ Αρτιγένεος. λευκόν. παχύ. ὅμοιον. [21] Ηλίου χειμερινέων τρεπέων, ἄστρον οὐ σμικρόν. πέμπτη δὲ ὕστερον ἑκαστῶν σεισμός. ἡ τ' ἐν Περιέιθῳ ἔμεινε ἀποματώδης ἡ Αντιγένεος, ἡ οὐκ εἰδυῖα εἰ ἔχοι, ἐρυθρὰ ἐπιφαινόμενα. ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε μικρὴ σμικρή. ἄλλοτε μεγάλη. βήσσουσα γὰρ οἴομαι, ἐτύγχανεν. ὁδοιπορήσειν θᾶσσον. μὴν ἐπὶ ὄγδοος. ἱδρύθη τεσσερεσκαιδεκάτη. [22] Ἡ δὲ τοῦ Απημαντοῦ ἀδελφεοῦ γυνὴ, ἀπέφθειρεν ἑξήκοντ' ἡμερῶν, ὡς ἔφη, ἑβδομαίη θῆλυ. τοῦ δὲ κρίσιν ἐθορυβήθη. μετὰ δὲ κρίσιν, τὰ δεξιὰ ἤλγει. ὡς αὐ ὑπὸ ἀποστροφῆς. αὐτὴ εἶχε τάχεως, καὶ ἀπέφθειρεν. ἑτέρη λευκοῖς θυγατέρα ἔτεκεν. ἑτέρη ἐρυθροῖς, ὡς ἔδει. φρικώδεες. ἀσιτώδεες. ἀπόσιτοι. ὑποστροφώδεες. χολώδεες. αἱμορραγικοί. ὑποπαλλοι. ὀδυνώδεα τρόπον, οὐκ τῶν ἀριστερῶν οἱ πλεῖστοι. Τῇ Απημαντοῦ, ἡ ἔστραπτο τοῦτο, τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιόν. τὸν δὲ κενεῶνα, ὅτι τὰ ἕτερα. [23] Ἡ Αριστοφῶντος θυγάτηρ, τῇ τείτῃ καὶ τῇ ε, ἐπυρέτιωε. ξηρὴ διετέλει τὰ πλεῖστα. χαστὴρ μὴν τοι τοιαχώδης τοῦτο. δύσκριτα. ὑπὲρ τεσσεράκοντα ἐπαύσατο. φλύκταιναι μὴν οὐκ κόπων οὐ κάρτα ἰσχυρῶν. ἀφικνεῦνται ἐς ἑβδομάδα, ὑποπέλιοι. ῥίγος τῇ ὄπισθεν τοῦ Ἡρωΐου παιδίσκη ἐλάμβανε. αἱ δὲ λευκαὶ μεγάλαι, οὐδὲ αὐταὶ πάνυ χρηστάι. τῶν κατοχέων καὶ ὑπνωδέων, καὶ μὴ ξυμπιπτόντων, καὶ χολῆς ἀντεχομένης. καὶ ἐὰν ὑγρὴ ἢ ἡ σκληρή. οὐ ξυμπιπτοντες. Ζωΐλου τοῦ τέκτονος, τρομώδεες σφυγμοί. νωθρεί. οὔρησις καὶ κοιλία μετρίως ἀχρόως. ἡ τοῦ ἔντασις ἑκατέρωθεν ἐς ἰθὺ, μέχρις ὀμφαλοῦ ξὺν ὀξύ. ἀπόσιτος. διψώδης. [24] Ἡ τῶν Τηκομαίω Αρχεινόμου θυγάτηρ, οὐ χαστὶ ἀσήμως ἀρξαμένη, διμηνίου ἔμετος φλεγματώδης, ὁτὲ δὲ χολώδης, ἔρρηξε. χαλεπῶς ἔτεκε. τελέως οὐκαθάρθη. ἔμετος ὁμοῖος μέχρι τεσσερῆς. ἔπειτα χαστὴρ ἐπαράθη. καὶ ὁ ἔμετος ἐπαύσατο. λαγνεία. γυναικεία οὐκ ἐλάμβανε. δύο ἐτέων χρόνος ἔχει αἱμορροΐδας. Οἱ δύο ἀδελφεοὶ, οἱ τοῦ Κέκροπος οἰκεῖοι. οἷσι τὰ μέλανα κατ' ἀρχὰς δηλή. ὑπόδυγα, καρυκώδεα. οὐκ κεκαθαρμένων ἀφρωδέων χολώδεα ἦσαν. Ος τὸν ὄνον οὐκ σωθήκης ἦρεν, ἐπυρέταινεν αὐτίκα. τεταίῳ ἡμορράγησεν. δὲ καὶ ε, ζ καὶ η ἐκείθη κοιλίη ὑγρή. Ο οὐκ μετάλλων, ὑποχόνδριον δεξιὸν οὐκ πεφλεγμένον. ἀπλὴν μέγας. καὶ κοιλίη οὐκ πεφλεγμένη. ὑπόσκληρα. πνευματώδης. ἄχρους.

Τοῦτο

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171244-p1296-1 DFG

A Τούτου ἐς γόνυ ἀριστερὸν. ἐπιστροφή. δι' ὅλου ἐκείθη. Ο Τημένεω εἶχέ τι πνεύματος ὡς χλοώδης εἰς νῶτα, ἐς χεῖρας χλοώδης.

Huic in genu sinistrum decubuit, morbi reuersio facta est, in totũ iudicatione est absolutus. Temenei filius quandam habuit spirãdi difficultatem, adeò vt ex viridi pallesceret, q color ad dorsum & manus transiit.

20 ὁ λόπ ἔ κεκαμένου] Sic legunt ferè omnia exemplaria pręter vnum manu scriptum Regium, quod κεκαμένου habet. Sonant autem ista figulinum aut fictilem equum. Interpretes κεκαμένου legisse videntur vt ceramicum indicarent. Credibile est autem huic post vstionem, cum sanguinis profluuio fœculenta & acria erodentiaq; multa intus latentia prorupisse.

καὶ μέχρι πάμπολυς ἔρρει] Subindicat lienis affectus sanguinis è natibus profluuio iudicatos fuisse. ῥοῖν namque & ῥοῦς de sanguinis per nates effluxu dicuntur apud Hippocr. qui etiam lienosos sæpe iudicat.

B οἷον ἐρύθων πτῶμα] Incertum est an istud ad lienosos referatur in quibus vrinæ ex fuluo nigrescentes videntur, an verò vrinas rubras & bile tinctas, quales sunt πυδιοχλοώδας, & subcroceæ apparent, intelligat. Eæ autem plærunq; affectum hepatis, & bilis rubrę abundantiam significant, fereq; eruginosam loturam referunt. Malim tamen eas ad lienosos referri, quòd puritatem eis addiderit, & humoris melancholici paucam esse permixtionem significetur. Exemplaria porrò publicata omnia cum quibusdam scriptis, ἀφ' ἡγίνος legunt. Alterum recens manu scriptum Regium αἰ ἡγίνος habet. Et hanc lectionem secuti sunt interpretes, præter quàm quòd Caluus τῷ αἰ ἡγίνος legisse videtur.

21 ἐκ τῶν ἀστρῶν] Hic locus proculdubio vitium habet tum in publicatis, tum in scriptis exemplaribus. ἐκ τῶν retinent duo manu scripti codices. Alter καὶ ἐπῶν eodem lapsu habet. Et sanè credibile est vitium obrepsisse ex humerandi nota, & legendum esse καὶ ἐ aut καὶ ἐκ, quod fecere interpretes. Insignis autem est maximeq; commendabilis Physiologiæ locus, quo rari syderis alicuius exortum & ternæmotum Medicis in consideratione adhibendum non temerè monet. Et hoc loco Cosmocritici cometæ speculationem exhibent, & difficiles morborum euentus ad huius syderis effecta referunt.

C ἔτ' ἀπὸ τοῦ ἡμέρου] Locus proculdubio corruptus apparet omnibus in exemplaribus, quod satis testatur asteriscus Asulano codici affixus. Sed facilem lapsum esse apparet. ἡμέρου namque pro ἡμέρου legendum. Sensus verò est Antigenis vxorem quæ in Perinthio erat suspiriosam permansisse, hoc est toto morbi decursu & ab initio fuisse. Sic enim videtur sensisse Galenus lib. 3. de diff. spirandi, hanc ægram subindicans his verbis, δεύτερον δὲ τῆς Ἀντιγένους ἀθυμοτάτης οὐχ ὑπάρχουσα τότε ἡγουμένης, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς οὖσης, ὅτι Θ βόθρον ἀεί. hoc est, Deinde (meminit) vxoris Antigenis non tunc ex recenti, sed ab initio suspiriosæ existentis, adeo vt semper tussiret. Exemplar vnum reconditum manu scriptum ἡ μὲν ἡ ἀθυμοτάτης legit. Quæ certè lectio ferri potest, sed ἡμέρου magis arridet, & Galeni sententiam propius amplectitur. Caluus quoque ἡμέρου legisse videtur, etsi alteri attribuit & exemplum disiungit, quod etiam vitiosè faciunt publicati codices & scripti quidam vt satis apparet ex Galeno. Elegans autem phrasis est ἴχθυ pro ἀκμαῖοι ἴχθυ, & ἴχνος mater quæ vterum fert dicitur Aristot. polit. 7. Notabilis verò locus est de mensibus profluentibus gestationis tempore, quod & in dies experimur. Huc enim τὰ ἐρυθρὰ ἀποφαινόμενα proculdubio referri debent.

D βόστρυχα δ'] Magna est vt in loco valde suspecto exemplarium varietas. Publicata Germanica βόστρυχα δ', οἶμαι, ἐπίγχανον, ἀδιστρόφους δόκει. Asulanus βόστρυχα δ' οἷον ἐπίγχανον legit. Codex Regius peruetustus, οἶμαι βόστρυχα ἐπίγχανον. Quam lectionem secutus videtur Caluus ex membranis Italicis. Alter non æquè peruetustus, αἰ αὐ βόστρυχα τὸ δ' οἷον ἐπίγχανον legit. Recentior verò οἷον βόστρυχα δ' ἐπίσχανον. Ex quibus vera lectio erui potest, καὶ βόστρυχ' ἅ δ' αὖ ἐπίσχανον ἀδιστρόφους δόκει, hoc sensu, semper tussi conflictatam, non secus quàm si abãbulando festinaret, vt ad suspiriosam & difficilem respirationem referatur. Sic enim Galenum legisse perspicuum est. Et certè facilis est lapsus ex καὶ βόστρυχ' in αἰ αὐ βόστρυχ'. Istamq; lectionem mihi subolfecisse videtur Cornarius, vir in hac palæstra valdè attritus. Postremò etiam illud ἐπίγχανον tussim illam ac grauem respirationem tandem conquieuisse ac constitisse significat. ἐπίγχανον namque ἐπιπαῦσιν Galeno significat. *In Prorrh.

E ὡς αὐ ὑπὸ ὀπισθοφῆς] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, eorumque verborum sensus hic esse videtur, vt dextræ partis dolor fuerit qualis ex violenta conuersione aut in latus inclinatione contingit. Cornarius ὑπωσφῆς legit. Caluus vtranque lectionem inclusit. Et potest ὑπωσφῆς legi si ad id quod sequitur referatur.

ἐπὶ γὰρ λευκοῖς] Notabilia sunt ista profluentium in prægnantibus menstruorum exempla, rectè tamen atque ordine procedente partione. Sic enim ista intelligi videntur, & in dies experimur. Quod etiam aliàs considerandum monet his verbis †Hippocrates: τὰ ἀποφαινόμενα ἀεὶ οἷον μηνιγόνου. Quæ tamen Gal. in prægnãtibus ex venis quæ in vteri ceruice sunt procedere existimat lib. 6. de loc. aff. cap. 5. & com. ad aph. 60. lib. 5. Iam verò exemplaria omnia manu scripta ἀν ἐρυθροῖς legunt.

†Lib. 6. epid. Sect. 8.

τῇ ἀστιγματίῃ] Interpretes de oculi peruersione ac distortione locum accipiunt: sed videtur ad antecedẽtia referri, & in sinistrum latus commutationem ac conuersionem phrasis indicare. Adde quòd plurima exemplaria hæc antecedentibus iungunt hoc modo: ἐδιψώδεις τρόπον ἂν τοῖς ἀριστεροῖς οἱ πόνοι τῇ ἀστιγματίῃ, vt sensus sit, plurimis dolores sinistra parte obortos, velut Apemanti vxori.

F φλύκταιναι] Hic locus de papulis quas exanthemata vocant intelligendus videtur. Plærunque nanque ad septimum peruenint & maturitatem accipiunt, sudoribusque depelluntur, quos etiam in opere medico solicitamus, ac per rigores (quod alias sæpè) accipere videtur Hippocr. Improbantur autem papulæ albæ & latæ, quæque in catocho (quem altum stuporem dicunt) correptis, & somnolentis & succulentis, aut crassis corporibus accidunt, quòd magnam vitiosi succi abundantiam arguant, præsertimq; si aluo modicè fluente non subsidant aut depleantur.

τρεμώδεις σφυγμοί] Sunt pulsus tremuli ex inæqualium genere, & parui sunt & languidi, facultatisque imbecillitatem testantur, vt scribit Gal. extremo lib. 2. de Præsag. ex pulsibus. Ex quo sanè æstimare licet pulsuum disciplinam ab Hippocrate informatam & institutam fuisse, etsi non satis excultam, quod sæpius testatur Galenus. Credibile autem est inflammatione interna tentatum fuisse Zoilum, quod satis indicat, ἔσω ἔντασις μάχης ἐμφαίνει. Mira est autem phrasis ξὺν ἕξει, qua coniunctam fuisse grauem febrem significatur: Caluus & febrem & dolorem subintellexit.

G 24 Ἀγορανόμου] ἀγορανόμος vbique scribitur & idem quod ἀγορανόμος significare videtur, annonæ aut fori præfectum & curatorem, ac censorem, prætorem vrbanum, & eum magistratum penes quem rerum venalium cura est (vt scribit Aristot. lib. 4. polit. cap. 4.) Ædilem vertunt interpretes, cùm sit Ædilis Tullio, vrbis & annonæ curator. Ædilitas tamen ad ἀγορανομίαν magis spectat, & rerum vrbanarum curam capit, vt idem scribit cap. 8. lib. 6. polit. Agoranomum retinere possumus ex Plauto in Captiuis.

ἀόμμως ἀξαμένου] Sic legunt omnia exemplaria tum scripta tum publicata, & ad mulierem referri videtur, quæ cùm vterum ferre inciperet, id tamen ignoraret. ἀξαμένου ἀμείνω legunt interpretes. Quædam etiam exemplaria scripta ἔρρηξε χαλεπῶς habent. Nos magis popularem lectionem secuti sumus.

δύο ἐπίσω] δύο ἐπίσω legisse videtur Caluus. Asulanus codex ἐπίσω vitiosè legit.

καρυωδεῖα] καρυωδεῖα ὑφαίμα exponit Galenus in Exegesi hunc locum subindicans, ideoq; subeuenta excrementa intelligi possunt, aut καρύκωμα, quæ est vt scribit Gal. Lydium quoddam edulium ex sanguine variisq; rebus sumptuosè apparatum, cuius meminit Philocrates Samius & Plutarchus lib. 4. Sympos. quæst. 1. Sanguinis autem colorem referebat, ideoq; αἱματώδη multi esse censebant. Varinus καρύκω dictam esse existimat quòd colorem nigrum referret, vnde excrementa καρυώδη dici possunt sanguinea & nigra, quæ sanguinem assatum colore referunt, qualia hepaticis quibusdam adesse solent. Sic καρυώδη recrementa dicũtur Actuario quæ deponuntur per aluum ab iis qui taurinum sanguinem recentem ebiberunt, quòd nigra sint & sanguini torto-

H

[33] Famulæ quam nuper emptam vidi, cui durities magna dextra parte aderat, non admodum dolorem inferens, etiam venter magnus & distentus fuit, non aqua inter cutem laboranti similis. Quæ & alioqui opima erat, neque admodum difficulter spirans, malè tamen colorata. Menses à septem annis non processerant, intestinorum difficultate premebatur, neque tamen inanis egerendi conatus aderat. Tunc que quod in dextris erat dolorem inferebat, febres lentæ tenebant, non tamen vltra septem dies. Aluus quoq; conturbata fuit, succino similia, glutinosa quædam & plurima demittens. Diebus aliquot conualuit, post aquo menses profluxerunt, & ad ventrem attinentes partes molles erant, corporisque quod crassum reddebatur, color laudabilis erat. [34] Minois vxor quæ ex compressione inter secandum in syderationem incidit, malo in pulmones incumbēte, breui significationem edidit, quibus diebus superstes erat, etiam aliud quiddam intus delituisse. Quæ naribus imponuntur medicamenta, si tertio die febris adfuerit, aut dolor quidem soluatur, crassa per nares profluunt. Quòd si neque dolor neq; febris cesset, tenuia ac fortassis vrentia. Tenue quidem, velut Hegesippo, cùm ad noctem appositum fuisset. Crassum verò huic aderat qui in Corintho spadoni similis esse videbatur, & Celeuris filius erat. Maturi in morbis abscessus num iudicatione decernant significatur, si dum feruoris sensus est, non febricitent, & quæ implacidiratem faciunt facilè ferant, velut quæ Charoni in sede contigerunt. At Leambio cùm exulceratum esse intestinum existimaretur,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171244-p1303-4
DFG

medicamentis ad inteſtinorum difficultatem adhibitis, humerus & ſedes parte ſiniſtra exulcerata ſunt, abſq; febre. A flatibus diſtento laterum inanitas cum quodam dolore in tumorem ſublata eſt. Huic poſt multum lactis & meracioris vini potum, cumque ſuperdormiuiſſet, nauſea illico & calor acceſſit. Deinde vbi accenſo foco, prunis coctam farinam craſſiorem pro cibariis comediſſet, ſubſtitit aluus, & purulentum aliquid inſuper tranſmiſit. At ſede inflammata, febris omninò expers & doloris fuit, quod aſſeueranter dico. [15] Senem qui in lapideis veſtibulis degebat, lumborum dolor cepit & vtriuſque cruris, & vtrinque ad femora & tibias interdũ, & quandoq; genua deſcendit. Quo diutiſſimè perſeuerante multæ reuerſiones aderant. Tumor pedum fuit, lumborum, tibiæ, & parui inguinum tumores, venter durus, totius imi ventris tenſio cum dolore. Plærunque veſica dura & dolens inuenta eſt, & progermina quædam, & calores aderant. At certè in oculis, auribus, naribus, manibus, iudicationum notæ quædam fiunt, & alia quædam in conſiderationem adhibenda ſunt. Æger quoque ipſe num ſudet, aut tangat, aut olfecerit, aut guſtauerit, & alia quoque animaduertenda. Pili, color, cutis, venæ, nerui, muſculi, carnes, oſſa, medulla, cerebrum, quæque ex ſanguine proueniunt, viſcera, venter, bilis, reliqui humores, articuli. Deinde num circa aurem dolor ſubnatus ſit, atque ibidem aliquid collectum fuerit, quod glandula non attingat, neq; os purulentum ſit, & id ipſum ſenſim euanuerit, tumq; febris ſtatim cœperit. Pulſus, tremores, cõuulſiones, ſingultus, circumcirca vrgens ſpiratio, ſeceſſus, ex quibus in cognitionem venimus. Oculis purulentis ſi rumpantur magna vlcera fiunt, & ſi ſecantur, profunda, ac vtroq; modo pupillæ vlcerantur. [16] Ariſtæas ex vico Amphilochi quarto die delirauit, aluus aliquantulum ex virore palleſcentia demiſit, ſomni ſalubres aderant, & æger coloris erat candidi. Quibuſdam circa initia velut quidam tremor digitorum & labiorum inter loquendum aderat, reliquarũq; partium, & effrenatam linguæ volubilitatem habebant. His præcipuè facies rubeſcebat, & inebriabantur, aut vomitione probè vtentes intumeſcebant. [17] Qui ad Medoſadę vicum habitabat, tenuia, minimè bilioſa, aquoſa, multa deiecit, præcordia cedentia & tumida habuit, & ſopore detẽtus erat. Ad decimumquartum diem maximè cùm iudicatio procederet, rigor abſque tremore adfuit, membrorum diſſolutio, remiſſio, collapſio, alui deiectiones. Sopore detentus ex ſomno mente mouebatur, non inſaniit, ad decimumquartum diem iudicatione eſt abſolutus, neq; quicquam eorum quæ decernere ſolent obſtitit. Eodem modo alter circa initia nonnihil glutinoſa alui recremẽta demiſit, ex quibus quod craſſum erat iudicatoriũ fuit, peruigil erat, poſt hæc nonnihil glutinoſa, aliquantulum bilioſa, matura, bilioſa, non tenuia prodierunt. Vbi verò conſiſtere cœperunt, celeres fuerũt iudicationes. Circa ſextum diem præcordia diſtendi viſa ſunt venarum agitatarum in morem, deinde circa ſeptimum dormiuit, ad nonum iudicatione eſt abſolutus. Vterque candidi erat coloris non fului. Excrementa aquoſa ſub dio aliquando expoſita, ſuperne læuia, tenuia, infrà quod ſubſidentiam habuit glaſto admodum ſimile erat. Quibus dextra parte aliquantulũ mollis diſtentio fit, phre-

A δεξιερεῖν φαρμακωθέντι ὦμος καὶ ἕδρη ἀφηλκώθη ἀπυρέτου. ὢν δὲ ἀριστερῶ. ὁ δὲ ἀπὸ τῶν φύσεων μέθεως ἀζόμενος, ἐπῆρτο καὶ ὑπατήλγει κενεῶν. τούτῳ γάλα πολὺ καὶ ἀκρητέστερον πιόντι καὶ ὑπερκοιμηθέντι, αὐτίκα ναυσία καὶ θέρμη ἐγένετο. ἔπειτα ἀπαλῶντι, καὶ αὐτὶ σιτίων ἐκαρπεπέπων κριθινῶν ἀποφαγόντι, σκωέστη ἡ γαστήρ. καὶ πυῶδες τὶ ὑπεδιῆλθ. ἕδρης δὲ ὑπεφλεγμηνάσης, ἀπύρετος καὶ ἀνώδυνος τὸ ἰκθυῶς τοῦτο λέγω. [15] Ὁ ὢν τοῖσι λιθίοισι B σι παρὰ πύλοισι παρέδοις, ὀσφῦν ἤλγησε. καὶ σκέλεα ἄμφω. καὶ θάτερον κατέβαινε ὑπὲ μηρούς. καὶ ποτὲ κνήμας. καὶ ποτὲ γόνατα. ἐξαρνιζούσης μάλιστα, πολλαὶ παλινδρομαὶ ἐγένοντο. οἴδημα ὢν ποσίν. ὀσφύϊ. κνήμη. βραχεῖς βουβῶνες. γαστὴρ σκληρή. καὶ ἔντασις ἤδου ἢ πᾶσα. καὶ ὀδυνώδης τῷ πλῆσα βύρέθη ἔχων. καὶ κύστιν σκληρὴν καὶ ὀδυνώδεα. καὶ βλαστήματα. καὶ θέρμαι. C ὅτι τοῖσιν ὄμμασι, τοῖσιν οὔασι, τῆσι ῥισί, τῇ χειρὶ αἱ κείσιες, καὶ τ' ἄλλα οἷσι γινώσκομεν. ὁ ἀθενέων ἢ ἱδρῶν, ἢ θίγων, ἢ ὀσφραντεύς, ἢ γευσάμενος, τὰ δ' ἄλλα γνοὺς, τρίχες. χροιὴ, δέρματα, φλέβες. νεῦρα. μῦες. σάρκες. ὀστέα. μυελός. ἐγκέφαλος. καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ αἵματος, ἀπολαύσεα, χολή. οἱ ἄλλοι χυμοί. ἄρθρα. καὶ μετὰ ταῦτα ἤλγηκεν παρ' οὖς. ταυτὸν σύρεμμα. ἀδένος οὐκ ὄντος D φανέντος. ὀστέον οὐκ ἀπεπυοῦν. καὶ τοῦτο ἐμαλώθη. καὶ τότε οὐδὲ ἐπυρέτωσε. σφυγμοί. τόνοι. σπασμοί. λύγγες. ἀμφίπτυμα. ἄφοδοι. οἷσι γινώσκομεν. τοῖσιν ἐμπύοισι τὰ ὄμματα. καὶ σκληρύνθη μεγάλα ἕλκεα γίνεται. καὶ τὰ μόρια βαθέα, ἀμφοτέρως αἱ ὄψεις ἑλκοῦνται. [16] Ὁ ἀπ' Ἀμφιλόχου κώμης Ἀριστεὶς, τετάρτη παρέκεισι. χολὴν ὑπόχλωρα διῆκε. καὶ ὕπνοι ὑγιέες, λευκόχροος. ἀρχομένων τῶν ὑπόδεσμῶν δεδέκτυλοι καὶ χείλεα ἀφαλεγμένοι. καὶ τ' ἄλλα, καὶ τὰ γυγλωσσόστερα τοῦ πρότερον. ἔρευθος ὑπὲ τοῦ προσώπου μάλιστα τούτοισιν ἰδεῖν. οὗτοι ἐθώρηξαν, ἢ ἐμέτου χρηστῶς ἐμέσαντες ὤδεον. [17] Ὁ ἐν τῇ Μηδοσαδέων ὠ λεπτὰ, ἄχολα, ὑδατώδεα, πολλὰ διεχώρει. ὑπόκοιλα ὑπάκουον καὶ κυρτὸν. κωματώδης ἐγένετο. τὸν τεταρεσκαιδεκάτῳ τοῦς κείσιν μάλιστα ἐόντι, ῥίγος ἄτρομον. ἀφάλισις. παρέσις, σύμπτωσις. τὰ τῶν ἀπόντων, κωματώδης τῶν ἀφεεμένος ὀξὺ ὕπνου. οὐκ ὀξεμένη. ἐκείνη τοῦ τεταρεσκαιδεκάτῳ. ὁδὲν τῶν κειόντων ἐναντίον. ὁμοίως ὁ ἕτερος ὢν ἀρχῆσιν ὑπόγλιχρα ἀφαχωρήματα, ὀξὺ οἷον ὃ παχὺ κείσιμον. ἄγρυπνος. μετὰ ταῦτα ὑπόγλιχρα. ὑπόχολα. πέπονα. χολώδεα. μὴ λεπτά. ἐπὶ τῷ ὀρέξηται ζωίσεσθαι, παχεῖαι αἱ κείσιες. ὑπόκοιλον ἐπιπεμμένον ἐφαίνη φλεβονώδεα τόπον τοῦ ἕκτῳ. ἔπειτα ἐκοιμήθη ἐβόμμη. ἐκείνη τοῦ ἑβδόμῳ. λευκόχροοι. οὐ πυῤῥοί. ἀμφότεροι. ἀχωρήματα ὑδατώδεα, ἐς αὐθείω τέθηκε. λεῖον ἄνωθεν λεπτὸν. κάρτα ἴκελον ἰσατώδῃ, κάτωθεν τῷ ὑπόστασιν ἔχον. οἷσι τὰ δεξιὰ ὑπολέπαρος ἔντασις φρενιτικοὶ, H ἐὼ μὴ

A ἢν μὴ λύσῃται, λήξαντος τοῦ πυρετοῦ. οἷσι δὲ ὑπὸ λαπαρότητος κοιλίης, ἐν αὐτῷ τούτῳ, οἷον ἐπιλαμβανόμενον ἢ σκληρὸν ὀδυνῶδες ἦν, καὶ πάνυ κακοήθες, οὐκ ἐθέλει ἀφανίζεσθαι, ἴσως ἐκ τῶν τοιούτων ἐκπυίσκεται. ἐν δὲ τοῖσι δεξιοῖσιν αἱ ἐπάρσιες. ὅσαι μὲν ὅτι πολὺ καὶ μάλα καὶ μάλιστα πιέζουσι. ἢν ὑποβορβορύζῃ, οὐ πάνυ τι κακοήθεες οἴονται. τῷ δὲ τοῖσι δεξιοῖσιν ἀπ' Ἀμφιλόχου, καὶ
B τῷ κατ' Μηδοσαδέων. οὗτοι κωματώδεες, καὶ ἐν τοῖσιν ὕπνοισι κατεφερόμενοι.

nitici euadunt, nisi febre desinente soluatur. Quibus verò præ vetris mollitudine, in se velut quiddam collectum cum dolore durescit, & valdè malignum est, neque dissipari solet, fortassis tale quid in pus vertitur. At in dextris sublati tumores, qui magna quidem ex parte molles sunt, maximeque prementi, si quid submurmurarit, non admodum maligni existimãdi sunt. Quale quid in dextris ei accidit qui ex Amphilochi villa venerat, & ei qui iuxta Medosadæ vicum habitabat, qui sopore detinebantur & altiore somno corripiebantur.

33 λαπαρή.] Id etiam ad ventrem pinguem & opimum referri potest, malui tamen ad totum corporis habitum referre. λαπάρη etiam exemplaria quædam manu scripta habent, quę secuti videntur interpretes, quod ventris mollitudinem, vt paulò pòst, indicat. Cæterùm huius loci meminit Gal. lib. 3. περὶ διατ. vbi σκληρότητα legit.

ἡλικτρῶδης] ἡλικτειῶδες ἀφαίρεσις, λαμβανόμενα & εἰλεοῦσθαι dicitur Hippocrati, vt testatur Erotianus, ἀφαίρεσιν ἡλικτῆρα, hunc profectò locum subindicans. Sed apparet Erotianum legisse κοιλίης ἀφαίρεσις ἡλικτειώδης.

34 ἡ Μίνως] Significat intra paucos dies sectione sublatam fuisse ægram & pus internum collegisse.

πὶ ὀπῶν] Intelligi videntur medicamenta quæ naribus imponuntur & induntur ad hæmorrhagiam. Quidam codices ὀπῶν
C & legunt, sed ὀπῶν meliores & probatissimi quique. Cornarius, vt nos quoque, πὶ ὀπῶν ἐς πνῶ ῥῆνα legisse videtur, pro ἐς πνῶ ῥῆνα. Caluus verò istud aliò transtulit. Quædam etiam exemplaria, λῶ μὲ λυῇ legunt, quæ secuti videntur interpretes. Potest etiam hic locus de medicamentis quæ imponuntur ad dentium dolores intelligi, eamque in rem aphor. 25. lib. 6. epid. sect. 6. accommodari, vbi exemplum hoc de Hegesippo vsurpatur. Quidam etiam πορφύδεα pro πορφύρεα legunt, & rubra accipiunt.

πὶ πτύρει] Abscessuum qui in morbis iudicatoriè fiunt dignoscendorum doctrinam facit, cùm sit, vt scribitur lib. 6. epid. ἰωνὶς πεπασμὸς & κρίσις ἅμα & ἀπόστασις. Sect. 3.

ἀφηλκώθη] Sic legunt meliora exemplaria etsi vetus Regium ἐφηλκώθη habet.

πανεῶνι] ἐν κανεῶνι legunt exemplaria omnia manu scripta & Asulanum. μετεωριζόμενος autem à flatibus distentum significat & inflatum, vt μετεωρα ὑποχόνδρια ἐμπεφυσημένα, φυσώδη καὶ πεπυρωμένα explicat Galenus, quibus lac est aduersum, comment. ad aphoris. 64. libro 5.

D ναυσίῃ] Duo exemplaria Regia manu scripta pro ναυσίῃ, & αἰωρίῃ legunt. ναυσίῃ tamen magis placet.

35 & βλαστήματα] Interpretes ἐξανθήματα legisse videntur, aut βλαστήματα progermina pro exanthematis sumunt. Possunt etiam βλαστήματα intelligi inguinum tumores, quòd sint βουβῶνες (vt scribit †Hippocr.) πεμφίγου μὲ ἢν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, & internam viscerum redundantiam ac impuritatem denuncient.

† Lib. 6. epid. Sect. 3.

ὅσα πῖσι ὄμμασι] Locus valdè est obscurus, in quo tamen nihil immuto, exemplarium authoritatem secutus. Videntur autem tantùm præcipua quædam capita indicari, ex quibus velut ex fontibus quibusdam indicationum notæ hauriendæ sunt. Interpretes longè alium sensum aliamq; lectionem secuti sunt.

ἕωνὰν σύγγιμμα] σύγγιμμα hic ad aures enatum tuberculum significare videtur, etsi aliter sumit Caluus. Indicantur autem his verbis tumores ad aures enati non suppurantes, sed sensim euanescentes, qui infidas & malas iudicationes attestantur. Quibus etiam
E μεταβολὰς sæpè attribuit Hippocr.

ἀμφίπνυμα] Hic significare videtur circuncirca & vndique vrgentem spirandi difficultatem, & pro magna & vehemente sumit. Caluus πνῦμα simpliciter exprimit.

πῖσι ἰμπύοισι] Hæc de purulentis oculis intelligenda veniunt, & exulceratis, de quibus multa scribuntur Prorrhetico secundo.

36 ὕποι ὑγιέες] Caluus ἐχ ὑγιέες legisse videtur, contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem.

βραδυγλωσσόπροι φρενοπάροι] Sunt qui petulanti & effrenata linguæ volubilitate sunt præditi, & in balbutientium numero reponuntur, quibus ex nimia humorum inundatione, neruosi generis imbecillitas contrahitur reliquarumque partium, & tremor fit.

ὄδιον] ὄδιον legunt exemplaria quædam manu scripta Regia, sed reconditiora ὄδιον habent. Caluus ὄδιον legit, quæ lectio non omninò improbatur. Ac videtur temulentiæ aut crapulæ discussio & per vomitionem repurgatio obiter attingi, quæ & antiquitatis testimonio fartam habet suffragationem, vt scripsimus nostris in lib. 2. epid. Com.

37 ὀξὺ κατ' Μηδοσαδέων] Sic legunt ferè omnia exemplaria. Sed Μηδαδέων habent scripta quædam, quam lectionem secutus est Cal-
F uus. Et certè hunc locum indicat Gal. in exeg. cùm scribit καταμοσαδέων, ἐπαμουσίον κάμνος, ὡς φησὶ καταμοσαδέων, vbi & καταμηδοσαδέων in quibusdam codicibus legitur. Erotianus Μηδοσαδέων legisse videtur (si modò vera est lectio) & ὄνειρα πάνυ esse indicat.

τὰ ἢν ἀπόνοιαν] Hæc phrasis deiectiones processisse significat, & aluum fluxam & liberam fuisse, cuius beneficio reliqua iudicationi cesserunt.

ἀφεστεώμενος ἐξ ὕπνου) Potest & leuis mentis alienatio intelligi hac phrasi, potest quoque & deprauata motio aut aberratio quædam significari, qua sopore detentus ex somno experrectus ferebatur.

ἐν ἢν κρινόντων ἑκατοστῷ] Rectè & ordine ad decimum quartum diem processisse iudicationem hæc phrasis indicat, nullis obnitentibus decernentibus signis.

ἄχυμος] Exemplar manu scriptum Regium ἀχύμου legit.

χολώδεα] Caluus γλίχρα legisse videtur. Omnia tamen exemplaria χολώδεα habent, fortè pro χλοώδεα.
G φλεβώδεα τρόπου] Sic legunt omnia exemplaria, sed φλεβοδοσώδεα aut φλεβοπνώδεα malim, quæ lectio magis arridet, vt indicetur hypochondrium distentum venarum intentarum in morem, aut venarum & arteriarum sanguinis feruore & effervescentia concitatarum aut agitatarum in morem, quod tumidum aut concepto intus calore inflammatum denunciat. Qua notione Interpretes φλεγμονώδεα legerunt, quæ ferè est veterum codicum lectio apud Hippocratem, vbi φλεβοδοσώδεα legitur, vt in Cois Præsagiis & Prorrhetico primo, vbi ampliorem fecimus vocis huius explicationem. Erotianus certè φλεβοπνώδη τὰ μετ' ἀλγήματος οἰδήματα exponere videtur, aut πὰ μετ' πτυγμοῦ, hoc est tumores dolentes aut etiam cum pulsu & motione velut in arteriis contingit. Interdum verò πὰ ἐν κινήσει καὶ πὶ βραχὺ ὄντα significare scribit. Quæ profectò hypochondriis inflatis, tumidis, distentis aut etiam inflammatis rectè conuenire possunt. Cæterùm quòd φλεβοδοσώδεα Gal. in exeg. reponit, hîc locum habere vix potest, nisi si quis ad delirium referat, quòd postea ἐκμανῆς addatur. Vitiosum autem est quod Asulanus codex φλεβοπνώδεα pro φλεβοπνώδεα legit.

ἢ ἀπεκαμβανόμενον] Sic legunt meliora exemplaria & Asulanum, reliqua ἀπεκαμβανόμενον. Illud verò ἐν αὐτῷ πύτῳ valdè est per-
H plexum. Cornarius de febre sumpsit. Caluus de aliqua corporis parte aut ventris. Mihi videtur ἐν αὐτῷ πύτῳ ἀπεκαμβανόμενον de tuberculo posse sumi, quod in se quiddam collectum & conclusum habet, & ventris mollitudine latet, tandem tamen durescit & suppuratur, cùm dissipari, discuti aut diffundi nequeat, quod ἀφανίζεσθαι effert.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171244-p1305-6
DFG

καὶ μάλα καὶ μάλιστα] Sic legunt exemplaria publicata & magna ex parte manu exarata. Quædam tamen recondita ἔσται μὲ ὀπισθὸ μαλακαὶ habent. Quam lectionem ex membranis Italicis habet Caluus. A

ἀπὸ πόνου ὕπνοισι καταφερόμενοι] Videntur significare altiore somno degrauatos fuisse & correptos. Interpretes καταφερόμενοι legisse videntur, contra tamen omnium exemplarium fidem.

[38] Aëris conditiones quænam sint, & quibus temporibus ac regionibus magis aut minus contingant, considerandæ sunt. Ad iudicationem quoque morborum vigores interdum spectare oportet, & accessiones quæ quotidie, aut maturius, aut serius, tertio, quartóve circuitu inuadunt. Videndum etiam quibus in circuitibus quæ decernunt intumescunt, sanguinem profundunt, & contrà. Quibus etiam in abscessibus morborum reuersiones fiũt, temporum venæ, & collapsiones, & colorum mutationes ante iudicationes, & quibus iudicatio minimè contingit. Item corporis anxietates, distentiones, colorum mutationes ex rubro in pallidum, vbi iudicatio non fit, & cutis distentiones absque iudicatione, oculi collapsio, corporis asperitas cum siccitate. Quibus quidem volentibus lachrymæ emittuntur, nil mali portenditur, at quibus inuitis effluũt, malum. Quibus autem dentes vndiquaq; lentore obducuntur, malum suspectare licet. Qui vlcus in tibia habuit, & Attico vsus est, huic pustulæ sublatæ sunt, rubræ, magnæ, idque tussis vice quæ postea vexauit, neque enim antea tussiuit. In Æno horrorem sentiebant quotquot ex capitis vulnere laborabant, malignè habebant, pus colligebant, post inanem egerendi cupiditatem ex via pedum dolor aderat, & cum mentis perturbationibus lassitudines. Ex quorũ numero Clinia cibos auersabatur, contabescebat, pus interdum paulò cruentum, interdum pus intumescens reiecit. [39] Hippei coniunx aqua inter cutem laborans, quæ etiam à tribus annis ad veris initia tussi vexabatur, maiorem autem puris copiam intro collegit, sub hyemem aquosa facta est. Ab illis verò medicamentis repurgata melius habuit. Ancilla mortua est. In tussientibus, iis quidem qui manibus laborabant, velut puero qui sarmenta contorquebat, & Amyntæ filio, vbi vtrisque solius dextræ resolutio contigisset, cessabat, deinde tussientes ea affecti sunt. Qui verò aut equitarunt, aut pedibus iter fecerunt, in lumbis & fœmoribus eam senserunt. Magna autem ex parte siccæ tusses erant, aut certè quidẽ violentæ. Enmyris vxor ægrorum in morem minimè affecta, absq; febre stupida est reddita, deinde in totius corporis tremorem res vertit, & colliquationẽ, & cibi fastidium ac sitim, frigidaq; erat. Qui nocturna cœcitudine laborabant (nyctalopes dicuntur) plurimam vrinam reddebant, postea paulum quiddam emittebant. Iis verò tussi atq; insuper febre diuexatis tubercula ad aures circa septimum aut etiam octauũ diem erumpebant. [40] Enmyris filia febre laborauit, & ex aure pus effluxit, haud certò scio an circa octauum diem. Quibusdam verò dens præcipuè tertius inter superiores exesus fuit, & hic præ omnibus exesus reperiebatur. In hunc dolor & quibusdam etiam circũ pus colligebatur. Interdum verò vehementia ad aures tubercula exoriebantur, & hi magis tussiebant quàm illi, interdum etiam suppuratio fiebat cum febribus, & liberabantur septimo die. Ex ingrauescente præcordiorum tumore solutio nulla contigit, aluo emollita inerant pauca, aliquantum glutinosa, concreta quædam minimè bona. Lotium cruentum & sputũ spumans reddebat. Is ad quem me deduxit Cynicus, septimo die in-

[38] Αἱ καταστάσιες, καὶ οἷαι ἐν ἧσι μᾶλλον καὶ ἧσσον γίνονται ὥρησι χώρησι. τὰς ἀκμὰς ὅτε τῶν νούσων, καὶ τοῖς κείσιν, καὶ ὃ καθημέριον, καὶ ὃ τριταῖον, καὶ ὃ ἑταῖον. τρίτῃ, τετάρτῃ περιόδῳ. καὶ περιόδων ἐν ἧσι τὰ κρίνοντα οἰδιοῦται. αἱμοῤῥοΐα καὶ μή. αἱ ἀπόστασιες ἧσιν ὑποστροφαί. φλέβες κεστάφων, καὶ συμπτώσιες, καὶ χροιῶν μεταβολαί. τοῖς τῶν κρισίων, καὶ οἷσι μὴ κρίνεται. καὶ οἱ ἀλυσμοί. περιπάσιες. χροιῶν μεταβολαί, ἐκ τοῦ ἐρυθροῦ ἐς χλωρόν. ἢν μὴ κρίνῃ. καὶ αἱ δέρματος περιτάσιες, δύνει κείσιος. καὶ σύμπτωσις ὄμματος. τοῦ σώματος σκληρότης ξηρή. οἱ μὲν ἐκόντες δακρύουσιν. οὐ κακόν. οἷσι δὲ ἀκούσιος τοῦ δάκρυος, κακόν. οἷσι δ' ὅπῃ τῶν ὀδόντων περίγλιχρα ἦν, κακὸν ὑποτάσκει. ὃς ἐν τῇ κνήμῃ ἕλκος εἶχε, καὶ τῷ ἀτικῷ ἐχρήσατο, τοῦτο ἐξαιθήματα ἐξανέθλιψε. ἐρυθρά. μεγάλα. τοῦτο αὐτὶ τῆς βηχὸς τῆς οὔσης. οὐ γὰρ ἔβηξεν. ὃ δ' ἐν τοῖσι ἐν Αἰνῷ ὅσοι φειχώδεες, τραματίας κεφαλῆς, κακοήθης καὶ ἐμπυητικοί. ἐκ τρίτου ὁδοιπορήσας ὀδυνῶν ποδῶν. καὶ ἐν τῇσι τραχηλίσιν οἱ κόποι. ὧν ἡ Κλινία ἀπόστασις τηκομένη, πυώδες ἄλλοτε σμικρὸν αἱματῶδες. πυώδες ἐπείδεον. [39] Ἡ Ἱππείου ὑδροπιώδης, ἣ καὶ ὅπῃ τρία ἔτεα ἧεν ἀρχομένου ἔαρος, ὅπῃ πλέον διεπύησεν, ἐς χειμῶνα ἐξυδατώθη. κείνων δὲ φαρμακοθεῖσα, ἐρρύησεν. ἀπέθανεν ἡ παιδίσκη. τῶν βηχούντων οἱ μὲν τῇσι χεροὶ τὰ λαμπρόεντες, οἷ ὁ παῖς ὁ τὰ κλήματα στρέφων, καὶ ὁ Αμύντεω, τοῦ δαλυθέντες αὐτίω μοῦνον τὼ δεξιὼ ἀμφότερω, ἐπαύετο. ἔπειτα ἔπαθον τοῦτο βήσσοντες. οἱ δὲ ἢ ἵππευσαν, ἢ ὁδοιπόρησαν ἐς ὀσφῦν. ἐς μηρόν. ξηραὶ δὲ αἱ πλῆξαι. εἰ δὲ μὴ, βίαιοί γε. Ἡ Ενμύειος τέως οὐ νοσώδης, ἐδόκει αὖθι πυρετῷ τυφώδης ἐοῦσα. ἔπειτα ἐς τρόμον ἦλθε πᾶντος τοῦ σώματος. καὶ τῆξιν. καὶ ἀποσιτίη. καὶ δίψα. καὶ ψυχρὴ ἦν. οἱ δὲ νυκτάλωπες, οἱ πλῆσιον οὐρήσαντες, τὸ οὖρον βραχύ τι. ἐς δὲ τὰ ὦτα βήσσοντες, καὶ ὅπῃ πυρεταίνοντες ἐκρηγνύμενα τοῖς ἐξόδμιν ἢ καὶ ὀγδόῃ. [40] Ἡ Ενμύειος παῖς ἐπυρέταινε. καὶ ἐξ ὠτὸς ἔρρυη πυώδες. τοῖς ὀγδόῃ οὐκ οἶδα σαφέως. ἔστι δ' οἷσι καὶ ὀδὼν ὑπῆρχε βεβρωμένος. μάλιστα ὁ τρίτος τῶν ἄνω. αὐτὶ πάντων δὲ τούτῳ εἰσκεπαν βεβρωμένος. ἐς τοῦτον ὀδυνῶν. καὶ ἔστιν οἷσι καὶ τοιοῦτον πάθημα. οἷσι δὲ ἐς ὦτα ἰσχυρῶς βήσσοντες μᾶλλον ἢ ἐκεῖνος. οἷσι δὲ καὶ ἐς ἐμπύησιν σὺν πυρετοῖσι, καὶ ἀπαλλάσσοντο ἑβδόμῃ. ἐπὶ παρωξυνθῇ ὑποχόνδριον οὐκ ἐλύθη. μαλακθείσης δὲ τὰ σμικρὰ ὑπόγλιχρα. ξυστρέμματα οὐ χρηστά. οὖρον αἱμοχρῶδες. ἔπινε δὲ ἀφρῶδες. τοῦ ὀνκωικοῦ εἰσήγαγέ με. ἑβδόμῃ παρωξυνθῇ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171244-p1306-1 DFG

A ξυώθη. τοῖσι δὲ ἰσῖ ἐκείθη. μαλυόμενα κακά. καθαρὸς φαρυγγα. ὀλίγα. πλατέα, πέπονα ἀναπτύσας. ἐκ ῥινῶν μικρὸν ἔσταξεν. ἐκαρηβαρέε. χρῶν καὶ σκελέων καθάλυσις. χειλίν λυθεῖσα ὤνησε. πόδες ἀεὶ θερμοί. ὕπνοι ἦσαν οἱ. καὶ παρ' οὗς ἀγρυπνέεται, ὅτι πέπονα ἔπαυσεν. [41] Ἡ Δημοράτου γυνὴ, πόδες καὶ ἐν τῇσι φείκῃσι θερμοί. εἴτε ἐς ὃ ἔμπυον εἰ μὴ, ἀπολέσθαι εἴχετο τρεσβύτης, ὃ ἀποθνήσκε-
B νος ἅμα ἀδενὶ τῇ ἑωυτοῦ. τῇ κεκρυμμένον μανικόν τι ἐνεῖν. ἐπεὶ δὲ ἀλθούσης ἕλμινθος ὑποπαχέης καὶ σίτου ὀλίγου, αὐτίκα ἐπαύσατο. καὶ ἐκοιμήθη. καὶ ὑγιὴς ἐγένετο ὁ τρεσβύτης οὗτος. καὶ τοῦ σώματος τὸ πάχος τοῦ δέρματος. ἄκρεα ψυχρά. λαπαρός. θερμόδης. ἐν ἀρχῇσι καὶ χείλεα καὶ χεῖρες. καὶ φωνὴ παρεωθέθη κοσμίως. ἔχασκεν, οὐ πάνυ δυσπνοος ἐγένετο. ἡμέρησιν ὀκτὼ οὐκ οἶδα τρεῖς εἴκοσιν,
C ἀπέθανεν. [42] Οἷσιν ὑποχόνδρια καὶ χειλὶν ὑποχωρέε, πιεζόμενα ἀλέα, οὐ βορβορυγμῷ, ὡς ἐν Ἀβδήρεσι κωνοειδέα, ὅτι ὀξὺ τρεῖς κρισίμων ἡμερέων τῇ τρεῖς τεταρταίῃ. καὶ τὰ κακά. καὶ τ' ἀγαθὰ σημεῖα, ἐν τοῖς ἡμέρῃσι ἦσιν ὅτι παρεξιόμενοι χρονίζουσι, ἢ ἦσι λήγοντες βραδύτεροι. καὶ τὰ ἄπτεσθαι τῶν ῥιζόντων, καὶ τὰ δι' ἀσφῶν αὐτῶν παρωξιόντο. πύαλον τοῖσι τρεῖς πνευμονικοῖσιν,
D οἷσι χολώδεα ὅτεν μέλλη λήγειν, τὰ πάνυ ξανθὰ, βραχέα γίνεται, οἷα τὰ ἐν ἀρχῇσιν ἐόντα τοιαῦτα ὅτι φαίνεται, οὐ πάνυ δοκέω ταῦτα ἐκπεπαίνεσθαι. ἀλλὰ κρίνειν οἷς τῶν τρεῖς τῶν διδασκάλων, καὶ ἄλλοτε οἷς εἶδον. [43] Νίκιππος ἐν πυρετοῖσι ἐξωνείρωσε. καὶ οὐδὲν ἐπέδωκεν ὅτι ὁ χεῖρον. καὶ ὁ αὐτὸ οἱ τοῦτο πλεονάκις ἐγίνετο, καὶ οὐδὲν ἔβλαψε. τρεσέρρεθη ὅτι παύσεται, ὅτεν οἱ πυρετοὶ κει-
E θῶσι. καὶ ἐγίνετο οὕτως. Κριτίας ἐν πυρετοῖς ὑπὸ ἀγρυπνίων ἀχλεῖτο ὑφ' οἵων οἶδα μὲν ἐπαύσατο καὶ αὐτὸς ἅμα κρίσει. Ἄλκιππος ἔχων αἱμορροΐδας, ἐκωλύετο θεραπεύεσθαι. θεραπευθεὶς ἐμάνη. πυρετῷ ὀξέος ὅτι γίνεται, ἐπαύσατο. Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πυρετοῖσι διψώδεες ὑπὸ ἰητρῶν πεπιεσμένοι τοῦ ποτοῦ, ἢ καὶ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν, δοκέουσι πολὺ ἂν ἐκπίειν. ὕδωρ ψυχρὸν δοθὲν ἵνα ἀπε-
F μέσῃ, ὠφελεῖ. χολώδεα γὰρ πάρεστι. ὅτι τὰ νεῦρα αὐτὰ ἐφ' ἑωυτὰ ἕλκει σημεῖον. ἢν μὲν τὰ ἐν τοῖσιν ἄνω τῆς χειρὸς ἕωσι νεῦρα, ἐς ὃ κάτω νεύσει ἡ χεὶρ, ὑπὸ τῶν κάτω νευρῶν ἑλκομένη. ἢν δὲ τὰνάντια, ἄλλως. βήσσουσι ξηρὰ οἱ τοὺς ὄρχας. καὶ ἐκ τῶν βηχέων ἐς ὄρχιν λύεται φλεβοτομηθέντα. καὶ φλεγμαίνοντες βήσσουσιν, οἱ ἐν τοῖς ὅτι βουβῶσι πυρετοῖς ὅτι βήσσουσι.
G

graueſcebat, ad decimum verò quartum diem iudicatione eſt abſolutus. Sed quæ ſenſim diſparuerunt malum portendebant. Fauces puras habebat, pauca, lata & matura expuebat, paucus è naribus ſanguis ſtillauit, capitis grauitas aderat & manuum ac crurum diſſolutio: aluus ſoluta profuit, pedes ſemper caluerunt, ſomni aderant, nihilque ad aures ſublatum eſt, quòd concocta expuiſſet. [41] Demarati coniunx etiam inter horrendum pedes calidos habuit, ſiue ad ſuppurationem deuenit, nec ne, periit. Senex qui deceſſit, vnà cum vxore ſua ægrotabat, cui furioſum quiddam latens inerat. At vbi prodiiſſet lumbricus aliquantulum craſſus, & paucum cibi recrementum, ſtatim conquieuit, & dormiuit ac conualuit ſenex iſte, cutis corporis circumtenſa, extrema frigida, mollis erat, ab initio tremula habebat labra, manus & vocem, moderatè mente motus eſt, ore erat hianti, neq; admodum difficulter ſpirabat: diebus haud procul viginti mortuus eſt. [42] Quibuſdam præcordia ac aluus compreſſa ac conferta demiſerunt abſque murmure, interdum, vt Abderis, ſtellionum tunicis ſimilia. Id verò animaduertendum quòd primùm cõtingit pridie iudicatoriorum dierum, quodque bona & mala ſigna his diebus eueniunt, quibus diutius ingraueſcunt, aut quibus deſinendo tardius occupant. Tum quæ perfidè alleuant, tum ea quæ per ſeipſis morbi grauiores fiunt. Sputa pulmonum inflammatione laborantibus interdum biliosa, breui ceſſaturum morbum, quæ valdè flaua, breuem fore indicant. Si qualia ſunt per initia, talia tandem ſe oſtendant, ea non admodum concoqui exiſtimare oportet, ſed iudicationem facere, qualis ei qui apud præceptorem erat contigit, & qualem alias interdum vidi. [43] Nicippus in febribus per ſomnum veneris imagines habuit, nihiloque ei deterius fuit, quod & ipſi ſæpius abſque noxa contigit. Id illi ceſſaturum prædictum fuit, cùm febres iudicatione ſolutæ fuiſſent, quod & ita euenit. Critias febribus detentus, inſomniis, vt nouimus, vexabatur, quibus etiam ipſe vnà cum iudicatione eſt liberatus. Alcippus per ora venarum quæ in ano ſunt ſanguinem fundere ſolitus, curari vetabatur, curatus inſania correptus eſt, quæ febre acuta ſuccedẽte ceſſauit. [44] In febribus acutis ſiti oppreſſi à Medicis, aut ſua ſponte potu interdicto vexati, multum bibere poſſe videntur. Iis frigida exhibita vt vomitio prouocetur, conducit. Sic nanque biliosa aderunt. Neruos in ſeſe contrahi id indicat. Siquidem manus neruſ ſuperiores vulnerati fuerint, manus ab inferioribus neruis tracta, deorſum inclinabit, contra verò aliter continget. Quibus teſtes intumeſcunt, tuſſi ſicca vexantur, & tuſſis vena ſecta in teſtium tumores deſinit, & inflammatione tentati tuſſiunt. Quinetiam febribus ex inguinum tumoribus obortis, tuſſes ſuccedunt.

[38] αἱ καταστάσιες] Videntur hic quædam ad prænunciandam & dignoſcendam criſim obſeruanda præſcribi. καταστάσις autem cœli conditionem & aëris ſtatum ſignificat.

οἰδοῦντα] Exemplaria Regia manu ſcripta, quorum alterum reconditum magis, alterum recentius, οἰδοῦντα legunt eodem ſenſu. Nam hic naturæ contentionem ad criticam hæmorrhagiam denunciandam indicare videtur, cùm corpus quodãmodo ad ineundam pugnam turgeſcit & comparatur, venæque omnes intenduntur ac intumeſcunt. Caluus mirum in modum locum iſtum conturbauit, & ἐμεύματα legiſſe videtur.

καὶ οἷσι μὴ κρίνοντα] Iſta non legunt Interpretes, quæ tamen habentur in codicibus manu ſcriptis.

σκληρότης ξηρή] Quædam exemplaria manu ſcripta σκληρότης ξηρὴ vitiosè legunt. Reliqua omnia σκληρότης ξηρός, quod magis eſt Ioni-
H cum. Cæterùm corporis aſperitas & ſcabrities cum reſiccatione indicatur, cùm corpus ſtrigoſum eſt, rigidum & aſperum exhauſto omni humore, præcipuè cùm πάχεσιν & εὐμηκέσιν iungat.

εἰ μὴ ἐκόντες] Lachrymas in morbis ſpontaneas & inuoluntarias conſiderandas monet † Hippocr. lib. 6. epid. & has quidem ſem-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171244-p1307-7 DFG

per ſuſpectat, illas alleuat, vt aphoriſm. 52. lib. 4. & lib. 6. epid. aphoriſm. 16. ſect. 1. δάκρυον ὀφθαλμοῖσι ὀξέοισι τῶν φλεγμαίνοντα, ἐκόντων μὲν ἀχρεῖον, ἀκόντων δὲ φαρμάκιον κακόν. Qua de re plenius ſcripſimus noſtris in lib. 1. epid. Porrò meliora exemplaria ἀκουσίως, non ἀκούσιος legunt. A

†*Aph. 22. Sect. 8.*

ὑποχάσκειν] ὑποχάσκειν Interpretes dixerunt ore aliquantulum hiante eſſe & aperto, quod lentum illum humorem dentibus obductum, febrili incendio iam ſatis exiccatum, magis condenſat & dentibus affigit. Significat etiam oculis fixis intendere, quòd qui mente & oculis aliquò acriter contendunt, ſæpè ſoleant ore hianti eſſe, velut oculos deuorantes dixit Martialis. Significat etiam ὑποχάσκειν, ὑποπτεύειν, vt χασκάζειν apud Ariſtophanem, obſeruare, animaduertere, ſuſpectare ac ſuſpicari. Malum autem ſuſpectare licet, quòd vehemens incendium iſtud ſignificet, vt ſcribitur aph. 55. lib. 4.

ἀπὸ τῶν ἰχώρων] Atticum videtur eſſe emplaſtri nomen quod ſit vlceribus glutinandis efficax, quale eſt Attalum apud Celſum. ἀθικὸν ἀχρεῖον, ἀθικὶ ὠνόμασαν, ὃ μέν πω καλούμενον ἰχῶν exponit Galenus ὑπὸ πάσης γλαφυρότητος. Sic ἰχῶν ollam magnam multumq; patentem Hippocr. ſignificare ſcribit Erotianus. B

ὑπὸ θερμῶν] θερμὰς mentis perturbationes intelligere videtur, quemadmodum θερμοὺς dicuntur qui mentis perturbatione tentantur in Prorrh. & θερμοὺς πυρετοὺς, febres in quibus mens perturbatur, in Cois Præſagiis.

ἢ ἰατρίου] Ἰατρίου legunt exemplaria duo manu ſcripta Regia & Italica, vt ex Caluo patet. Alterum etiam reconditum Ἰατρίου habet.

ὅθι πλέον διεπόνεον] Exemplaria manu ſcripta ὅθι πλέον ἢ διεπόνεον legunt & Aſulanum.

τῶν βραχιόνων] Significat ex tuſſi manus dextræ ſyderationem cõtigiſſe in iis qui manus exercerent, quæ ſubinde ceſſarat, tandem verò repetierat. Iis verò qui crura commouerent, in lumbos aut femora abſceſſum factum fuiſſe. Quod etiam indicat his verbis lib. 6. epid. οἱ μὲν οὖν ἢ φωνῆσαι πλέον θαλαπωρήσαντες, ἢ ἐγρήσαντες, ἐς κωνάγκας μᾶλλον ἐτελεύτων. οἱ δὲ τῇ χρεὶ πονήσαντες, ἐς χεῖρας μόνον ἐξεκαίνοντο. οἱ δὲ ἱππεύσαντες ἢ πλέον ὁδοιπορήσαντες, ἢ ἄλλοισι πῆσι σκέλεσι θαλαπωρήσαντες, ἐνιοισι δὲ ἐς ἰσχίον ἢ σκέλεα ἐκρήγνυντο. καὶ ἐς μηροὺς καὶ κνήμας κόπος καὶ πόνος. σκληρότατα δὲ καὶ βιαιότατα αἱ ἐς τὰ ἐξεκαίνοντα ἄγχουσα. πάντα δὲ ταῦτα ὅθι τέοιν ὑποφορήσειν ἐθέλοιεν. ἐν δὲ τοῖσι δὲ οὐ μάλα. πολλοῖσι δὲ ἐνέτεα, πάντα μὲν αἱ βῆχες ἐν τῷ μέσῳ. ἐξέλιπον δὲ τελέως οὐ. ἀλλὰ σεσωπῶσαι τῇ ὑποφορῇ. hoc eſt, Qui igitur plus voce laborabant, aut rigore corripiebantur, iis tuſſes in anginas potiſſimùm deſinebant. Qui verò manu laborabant, manuum tantùm reſolutiones habuerunt. Qui autem equitarunt, aut plurimùm viæ confecerunt, aut alioqui cruribus laborarunt, iis lumborum aut crurum impotentiæ ex reſolutione obortæ ſunt, & femorum ac tibiarum laſſitudo & dolor. Duriſſimæ autem & vehementiſſimæ tuſſes erant quæ ad partium ſyderationes deducebant. Iſta quidem omnia in reuerſionibus fiebant, per initia verò non admodum. Atque horum plærique tuſſes in medio remiſerunt, penitus autem non reliquerunt, ſed cum reuerſione adfuerunt. At cùm in tuſſi diuturna magna ſit abſceſſuum fertilitas, tum verò præcipuè in articulos decumbunt, aut manus, aut femora, crura, lumbos, teſtes, aut reliquas corporis partes, vt ſæpius obſeruare licet apud Hippocratem, & abundè ſcripſimus in Pythione lib. 3. epid. & noſtris in lib. 2. Comment. vbi etiam hunc locum ſubnotauimus. C

D

Sect. 7.

ἢ ἐνιδρώεις] Exemplaria Regia manu exarata duo ὁ ἐνιδρώεις legunt, Caluus νιδρώεις. Innuere autem velle videtur eam non decubuiſſe ægrorum more, ſed de repente ſtupidam effectam, velut in corpus irruente fluxione exagitatam. Sic enim mihi ſumi videtur hæc phraſis ἀρόπω ἐνυπνίδης. πυρώδης autem legi cum manu ſcriptis exemplaribus, etſi quædam πυρωδὴς habent.

οἱ δὲ νυκτάλωπες] Nyctalopas & luſciſos in tuſſi trahente fieri ſcribit Hipp. lib. 6. epid. maximeq; pueros. Qui verò ſint nyctalopes ſcripſimus noſtris in Prorrh. magnum annotat.

ἢ ἐνιδρώεις] Exemplaria manu ſcripta ἀ ἐνιδρώεις πᾶς legunt etſi non ſine vitij ſuſpicione.

ἔτι δὲ οἷσι ἐόδμη] Vitioſa ſunt exemplaria manu exarata Regia quæ ὀδόμη habent, quædam etiam ὀδμὴ. Ex his quoque ſunt quæ ἐκπύημα habent, quædam etiam ἐξεπύημα. Significant autem circum dentem pus collectum fuiſſe, eoque dolorem confluxiſſe. E

ἐν ἀπαλλάξει ἐόδμη] ἀπαλλάξιν de tumoribus qui molliuntur & vacuantur, aut ſubſidunt dici valdè eſt tritum. Significat igitur ſeptimo die vacuatione emollita fuiſſe huiuſmodi tubercula. Exemplar Aſulanum πυρετῶν ſimpliciter legit.

ὑπὸ δὲ φρενῶν οὐκ ἐλύθη] Id de præcordiorum tumore præduro intelligi debet. μαλακθείσης autem ad aluum refertur, qua vtcunque emollita tumor nihil conceſſit. Poteſt quoque ὑπὸ φρενῶν reſpicere & tumoris quantulamcunque ceſſionem indicare. Exemplaria porrò manu ſcripta Regia valdè recondita ξυωρήματα legunt. Quædam etiam non æquè probata συρρήματα, & quædam etiam adhuc magis vitioſa ξυὼ φρατρήματα. ξυωρήματα verò concretiones quaſdam ac veluti conuolutas durities ſignificant, & de humorum compacta collectione dicuntur, vt ſcripſimus Prorrh. 2. Caluus vt ξυωρήματα agnouit, ita & ξύσματα ex quibuſdam exemplaribus legiſſe videtur. Vitioſa autem ſunt exemplaria quæ αἱμαχρεώδης pro αἱμορρεώδης habent. F

μωλυσμὸς κακός.] Locus hic paſſim aſteriſco notatus vitium haud dubie præſefert, quod tamen in exemplaribus omnibus manu ſcriptis conſtans eſt. Publicatis nanque ſunt omninò ſimilia. Cornarius μωλυσμὸν legiſſe videtur, quæ lectio plauſibilior eſt, eamque ſecuti ſumus. Poteſt & hæc lectio retineri & indicare iudicationem decimo quarto die obtigiſſe, quæ tamen infida & ſuſpecta redderetur, quòd quæ ad aures tubercula ſublata erant, ſenſim diſparuiſſent & conquieuiſſent. (Sic enim μωλυσμὸν paſſim apud Hippocratem de aurium tumoribus ſenſim euaneſcentibus efferri ſcripſimus lib. 2. epid.) Neque tamen in fauces redundarunt, quòd ea parua eſſent, & concocta ac matura expuerentur. Sed recurſante ad cerebrum abundantia, capitis grauitas adfuit & ſanguinis ex naribus ſtillicidium. Deinde etiam aliò effuſa materia, manuum & crurum reſolutio. Quæ alui ſeceſſu depoſita, iudicationem abſolutam confirmarunt. Caluus pro μωλυσμὸς, ὠμηλυσμὸς legiſſe videtur, longè admodum petita notione. Idem quoque κωλὶν κλυσθεῖσα legiſſe videtur.

ἢ Δημοκράτου] Sic legunt exemplaria Germanica & codex Regius vnus. Reliqua omnia exemplaria Δημοκράτου habent, quæ ſecuti ſumus. Interpretes quoq; ἄντι μὴ legiſſe videntur, quæ magis probatur lectio.

ἄχρι φρενοβύτης] Vitioſa ſunt omnia exemplaria & hanc lectionem retinent. ἄχρι legendum videtur & ad ſuperiora referendum, vt ſit εἰς τὴν ἡμπνοὴν ἄχρι, aut ἄχρι φρενοβύτης. Caluus ὡς ἄχρι ὁ φρενοβύτης legiſſe videtur. G

ἄρμα ἀδίνης] Sic legunt exemplaria duo Regia manu ſcripta cum Germanicis, reliqua ἀδίνης habent. Eadem etiam exemplaria manu exarata paulò poſt φρενοβαὶ pro φρενοβύτης habent.

παρέκλιξεν κεφαλὴν] Sic diſtinguo cum Galeno melioribus exemplaribus fretus, etſi quædam κεφαλὴν ἔχασκε legunt. Galenus lib. 3. περὶ διετ. hunc locum ſic attigit: οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὸν τελευταῖον ἤδη τῇ βιβλίῳ, περὶ τῆς φρενοβυτικοῦ διηγούμενος, ἅτε τὰ φρενιτικὰ, παρέκλιξεν κεφαλὴν, ἐπιλωβήσας, ἅτε τοῦ δύσπνοου. ἀεὶ γὰρ κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ἐπιφερομένης τοῦ δύσπνοιας αἰτίας, καὶ τὸ δυσπνοίας γίνεται μέγεθος. hoc eſt, Sic verò iam ad finem libri de ſene narratione expoſita, deinde prefatus, moderatè mente motus eſt, intulit, non admodum difficulter ſpirauit. Semper enim cauſæ ſpirandi difficultatem facientis magnitudini, difficilis ſpirationis magnitudo reſpondet.

ἐπὶ κολοβῇ δίῃ] Hoc modo habent omnia quæ adhuc videre licuit exemplaria pro κωλοπωδίαι. Sic enim legendum videtur, quòd κωλόπους aut κωλωπὸς ſtellionem indicet. Significat autem excrementa ſtellionum aut lacertarum tunicis ſimilia, hoc eſt variegata & variis quibuſdam guttulis reſperſa. Cornarius σκωληκωδίαι legit quaſi vermiculata intelligat. Caluus κωληκωδίαι aut κωλοωδίαι. H

Atque

A Atque haud scio an hoc modo intelligi possint crassiora quædam excrementa aut intestinorum ramenta, quòd κῶλον crassioris intestini partem significet. Nobis profectò, vt ingenuè fateamur, in tantis ambagibus nihildum liquere videtur. ἄλλα vero ἀφέλα apud Hippocr. exponit Gal. in exeg. Caluus aliter sumpsit.

ἐν δὲ τῷ πρόσω] Istud ad iudiciorum obseruationem videtur referendum, primamque perturbationem criticam respicit & implaciditatem illam quæ crisim præcedit, & noctem grauiorem facit, ex aphorism. 13. lib. 2. Reliqua etiam ad iudicationum considerationem faciunt, significantque iisdem diebus quibus accessionum insultus fiunt, iudicationes fieri, quod aliis verbis scribitur in Prædictionibus, & repetitur lib. περὶ κρισίων. Quam in rem plura scripsimus lib. 1. epid.* vbi conceptis verbis istud ab Hippocr. scribitur. Et Gal. libris de diebus decretoriis fusissimè hanc tractationem persequitur.

*Sect. 3.

καὶ τὰ δὲ ἀ πρῶν αὐ ἀ] Interpretes ἀφὰ πρῶν αὐ ἀ legunt. Istam tamen lectionem retinui constantibus omnibus exemplaribus. Vi-
B detur que ad imperfectas & malè decernentes iudicationes referri, quibus recidiuæ fiunt & morbi recrudescunt.

πτύαλον ποιεῖ ἀφεψήσιμον ἐν πνευμονικοῖσι] Sunt ista velut superiorum exempla quæ in signis concoctionis exercentur, & magnam in iudicationis disciplina vim habent. Sputum verò in peripneumonicis Aretæus ὑπόχολον καὶ πεπαυρὶς vocat.

41 Νίκων ὁ πυρετοῖσι] Hoc sanè exemplum Petrum Aponiensem refellit, qui veneris iocos quoscunque in febribus damnat. Vt non immeritò quoque refellendus videatur Critias ille Pythagoricus, quem refert Plutarchus 3. συμποσιακῶν interrogatum quando mulieribus commisceri expediret, tunc præsertim respondisse quando quis damno affici volet. Quamquam idem Plutarchus in valetudinis præceptis scribit: ὅταν ἄρχωσι λέγειν, τὴν ὀφθῶς ἀκοήν, καὶ πόνον ἀνοσίου, καὶ σύρμα τῆς σύνεσις πόρρωθεν, ὑγιεινότατα εἶναι. Quod etiam eidem tribuitur à Stobæo.

ἰήσασθαι θεραπεύσαι] Curari intelligit eos quibus hæmorrhoides secantur, vruntur, consuuntur, & in totum supprimuntur, neque vna asseruatur vt consulit aphor. 12. lib. 6. eosque ἰατρευθέντας ἀκαίρως vocat Hippocr. lib. 6. epid. vt illic exponit Galenus. Sup-
C pressæ autem hæmorrhoides insaniam faciunt, quam tamen verius melancholiam dixeris, vt scribit Gal. ex aphor. 21. lib. 6. Cuius quoq; impropria est solutio quæ febre acuta succedente fit ex aph. 26. lib. 6.

ὑπὸ πίνειν ψυχρὸν] Inconsultam Medicorum timiditatem à frigidæ potione in febribus ægros arcentium arguit, simulque frigidam liberalem exhibendam suadet, vt vomitus excitetur, & biliosa aut flaua effundantur, quæ interdum vomitione, interdum etiam deiectione reiiciuntur, vt scribit Gal. 9. & 10. Methodi. In hac verò frigidæ potione, ad ægrum ipsum potissimùm animum intendit, qui præcipuus est frigidæ exhibendæ scopus, si eam ipsam auidissimè expetat, ac copiosissimam bibere posse sibi videatur. Atque in ista frigidæ in febribus exhibendæ causa, notabilis admodum est hic locus, etsi aliàs quoque ab Hippocr. monimentis celebratur, vt scripsimus nostris in lib. 1. epid.* annotationibus. Exemplaria porrò Regia manu scripta pro ἰητρῶν, πυρετοῖσι vitiosè legunt, vt apparet. Caluus aliter hunc locum sumpsit.

*Ægr. 7.

D βήσσαι ξηραί.] In diuturna & trahente tussi sicca, testium tumores fiunt solutionemque indicant, testiumque tumoribus aut inflammationibus tusses sæpè succedunt. Tanta est partium spiritalium cum genitalibus communio. Quod amplissimis exemplis indicauimus nostris in lib. 2. epid. Comment. simulq; hunc etiam locum subnotauimus.

εἰ ὁ πῶς ὅτι βουλοῖτο] Exemplaria Regia manu scripta ὁ πῶς βουλοῖτο cum Asulano legunt. At apud Caluum ad libri calcem adscribitur exemplum de duobus Cecropis fratribus, quod quia antè explicatum est, vitiosè huc irrepsit, tacitis etiam omnibus scriptis exemplaribus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171244-p1309-1
DFG